


TRACTATUS
HISTORICO-CRITICUS
DE
FERIIS PAPISTICIS
VULGO
GAGN-DAGAR,

AUCTORE
Mag. *BIARNIO JONÆO*
OLIM. RECTORE SCHOLÆ CATHEDRALIS
SCHALHOLTINÆ, NUNC SACERDOTE
ECCLESIÆ GAULVERIABAJENSIS
IN ISLANDIA.



HAFNIÆ 1784,
EX OFFICINA J. R. THIELES.



Introductio.

Ut victricia olim arma longe lateqve circumtulit Roma, orbis ideo Domina appellata; ita florente Antichristi Regno, pravarum opinionum telis, totum ſub Papiſticum jugum Septemtrionem miſit, tantumqve in animos mortalium imperium exercuit, ut qvicqvid diceret, tanqvam ex Tripode dictum credula veneraretur ſuperſtitio. Vendidit hoc pacto fraudes & fucos, cui omnia auro venalia, cæcamqve mentibus offudit caliginem, qvæ vera â falſis,

nucleum â nuce dignoſcere, vel nesciebant vel negligebant. Serpſit in partes omnes malum, etiam in extremam, tot marium terrarumqve ſpatiis disjunctam Islandiam, qvæ in erroris ſocietatem abrepta, per qvinqve annorum centurias, & plus ultra, in luto & tenebris hæſit miſella (a).

Deducti autem huc ſuperſtitionum humanarumqve traditionum rivuli, diluvii inſtar Eccleſiam adeo inundarunt, ut in rebus ſacris, parum aut nihil remaneret ſanum & integrum; ſuperſtitioſa

(a) Anno reparatæ Salutis 1000 Religio Chriſtiana per Hialtium & Giſſurem in Islandiam lege fuit introducta, ut Chriſtni-Saga Cap. II. teſtatur. Sacrorum autem Reformatio anno 1540 in Islandia qvidem inchoata, ſed per varia Obſtacula retardata, anno ejusdem Seculi 51 ad optatam denqive metam pervenit; unde patet cultum Papiſticum per annos 550 in Islandia duraſſe.

tiosa variorum rituum & Ceremoniarum observatio, utramqve tunc in re Divina paginam facere credebatur. Ad Sanctorum merita & intercessiones, tanqvam sacram qvandam anchoram, ut alias semper, tum maxime in rebus dubiis confugere moris erat, qvibus etiam in ipso mortis agone, evolantem e corpore spiritum nonnulli commendabant (b).

 In

(b) In qvanto pretio Papicolæ Sanctos suos habuerint, qvantumqve auxilii in rebus adversis ab iis sibi spoponderint, omnes ejus ævi Historiæ affatim testantur. Fuêre etiam, qvi peculiarem qvendam, tanqvam tutelarem suum præ cæteris colerent, qvem proinde ipsi Deo â latere posuerunt; unde in Vitis St. Jonæ & St. Thorlaci haud raro occurrit hæc aut similis formula: Giørdi hann Gudi þackir og enum heilaga Jóni Biskupi, heilaga Þorláki Biskupi; id est: *Gratias Deo egit & sancto Jonæ Episcopo, vel St. Thorlaco Præsuli.* Nonnulli etiam plures simul præ cæteris venerati sunt; ut de Edvardo Sancto Angliæ Rege Author vitæ ejus vernacula


In eorum proinde honorem & cultum complura festa instituta, solenniterqve celebrata, ut taceamus vota, pro eorum auxilio impetrando, toties, nec unqvam sine donariis & oblationibus nuncupata

cula lingvâ conscriptæ Cap. I. his verbis testatur: hann tignadi umfram alla adra Guds vorsfrú, Sanctam Mariam Guds módur, þar næzt Petr postula sem sinn Fóstrfødr, og Jóhannem Postula og Evangelista, svo sem gætslumann þeß retta lifnadar, er hann hellt alla sína æfi; id est: *Coluit maxime præ reliqvis omnibus matronam Deî nostri Sanctam Mariam matrem Dei; Deinde Apostolum Petrum ut suum nutricium, & Johannem Apostolum & Evangelistam, ut rectæ vivendi rationis, qvam per totam ætatem tenuit, custodem.* Morti vicinos tali patrono animam suam subinde commendasse, testatur exemplum Gottschalki Crudelis Episcopi Holensis, qvi Johanni Evangelistæ & Gudmundo Bono Spiritum suum moriturus tradidisse perhibetur; qva de re vide Finni Johannæi Episc. Skalholt. Hist. Eccl. T. 2. p. 628. Period. IV. Sect. IV. Cap. 17 §. 13.

ta (c). Verum præter has Sanctis demortuis, magno numero consecratas ferias, aliæ qvoqve aliis de causis excogitatæ & introductæ Nostratibus, ut cæteris Papistica Sacra colentibus in usu fuêre, qvæ omnia cum adjunctis ceremoniis & ritibus, si prolixa serie describi deberent, justi voluminis mensuram, opus illud exæqvaturum nulli dubitamus. Inter ferias ævo hoc Papistico observari solitas, binæ nobis jam occurrunt, ejusdem nominis, vernacula lingva, nunc Gagndagar nunc Gángdagar dictæ; qvarum in jure Ecclesiastico, alisqve Nostratium monumentis, non infreqvens occurrit mentio. De his itaqve

(c) De Festis Sanctorum in Islandia receptis, legi potest Jus Ecclesiasticum antiqvum, qvorum numerus procedente tempore admodum auctus est. De Votis autem illis inter discrimina terra mariqve nuncupatis, omnes fere historiarum paginæ testantur.

qve pauca dicere, animum induximus; in qvod ſc. tempus anni inciderint; qva Sanctitate, qvibus cæremoniis & ritibus celebratæ fuerint; unde deniqve originem & nomen traxerint, cum cæteris huc pertinentibus, pro re nata oſtenſuri.



Cap.

Cap. I.

De Tempore, in qvod inciderunt Feriæ Papisticæ Gagndagar dictæ.

§. 1.

Ad determinandum tempus illud, in qvod memoratæ Feriæ apud Papicolas qvotannis inciderunt, nullis conjecturis, nullis ambagibus opus est, cum Jus antiqvum Ecclesiasticum, vulgo Thorlaco-Ketillianum, qvod hic fundamenti loco ponimus, nullam hac de re controvertendi ansam præbeat; sed ê contrario certum & definitum tempus prædictis feriis assignet. Sic autem illud hac de re Cap. 15. Þadan er einni nótt midr enn XXX nátta til Jóans messo, þadan eru 2 nætur til gagndags ens eina; id est: *Inde 29 noctes numerantur ad Festum Jonæ* (*a*); *inde*

(a) Jonas, cui 23 dies Aprilis sacer erat, fuit primus Holensis Dioeceseos Præsul, ordinatus anno

inde vero binæ ad feriam Emolumenti solitariam. Festum illud Jonæ, qvod hic memoratur, in diem Aprilis 23 incidebat; unde necessario seqvitur Feriam Emolumenti solitariam, binis noctibus post celebrandam, in ejusdem mensis diem 25 perpetuo incidisse, atqve proinde inter ferias fixas, seu immobiles, esse numerandam; idem qvoqve indigitare videtur Scriptum Astronomico-computisticum vulgo *Blanda* Cap. 2. Sól gengr þá næzt fyri ura-merki, þar kemr hún VIII nóttum fyrir Gagndaginn eina at almanna tali; id est: *Sol deinde* (relicto scilicet Arietis signo) *per signum Tauri cursum dirigit, qvod qvidem ingreditur, octava ante feriam Emolumenti solitariam nocte, juxta communem calculum.* Si vero hic rationes recte

no 1106 III. Cal Maji, biduo ante festum Jacobi & Philippi ab Assero Archiepiscopo Lundensi, sedente Romæ Pascali II. denatus vero IX. Cal. Maji Anno 1121, ætatis 69. Hic multis post mortem miraculis inclaruit, in Sanctorum idcirco numerum relatus. Elapsis enim ab obitu Jonæ annis 76, auspiciis Brandi, 4ti Holensium Præsulis, reliqviæ ejus exhumatæ scrinio sunt inclusæ, & in templo Cathedrali collocatæ; Festum autem Jonæ sacrum, qvod hic memoratur, fuit dies ejus emortualis. De hoc Indigete plura qvi scire cupit, adeat vitam ipsius manuscriptam; itemqve Finni Johannæi Hist. Eccl. Tom I. p. 320. Period. II. Sect. IV.

recte subducamus, Feria Emolumenti Solitaria cum 25 die Aprilis omnino coincidet (b).

§ 2.

(b) Libellus Astronomico-Computisticus *Blanda*, qvo tempore scriptus sit, certo definiri neqvit; interim tamen perantiqvum esse hoc scriptum facile nobis persvademus, et qvod ætate qvidem præcedat vetustam illam legem *Jarnsida* dictam, qvæ in Islandiam circa annum 1265 verosimiliter introducta videtur, exinde patet, qvod *Blanda*, Cap. X. terminum fori generalis Islandorum initialem ad excursum decimæ æstatis septimanæ restringat; *Jarnsida* verò Cap. I. eundem paululum proroget, nempe ad Festum Petri & Pauli, qvod nunqvam priusqvam in undecimam hebdomadem æstatis incidere potuit; interdum etiam in duodecimam. Hanc autem mutationem paulo post reipublicæ Islandicæ occasum factam esse certum est. Vid. *Arnesens Islandske Rettergang* p. 446 Aristocratiæ igitur tempore, & qvidem vel vergente seculo 12, vel potius ineunte 13, libellum hunc scriptum fuisse, nobis non fit improbabile, etsi aliter sentiant magnus ille Schalholtensis Præsul Mag. Jonas Arnæus & doctissimus Islandorum Nomophylax Olavius, ille ad annum 1350, hic ad annum 1300 ejus ætatem referentes. Vid. Dactyl. Eccl. p. 13. & Olavs. Reise igiennem Isl. 1ste Deel. S. 43. Qvis porro ejus author sit, æqve incertum manet, nisi qvod 6 ultima Cap. (Constat autem in universum 25) *Striornu Oddo*, qvi ab astrorum scientia nomen traxit, expresse adscribantur; unde & postrema hæc libri pars *Stiörnu Odda-tal*, sev Calculus Stiörnu Oddi communiter vocatur, authorem *Blandæ* qvidem ætate præcessisse videtur; De Oddo enim tanqvam defuncto ille loqvitur; sed qvando & ubi præser-

§. 2.

Præter hanc Solennitatem, altera qvoqve ejusdem nominis & indolis triduana nostratibus in usu fuit sub Papatu, jam Gagndagar jam Gángdagar dicta; unde & integra hebdomas, in qvam incidebat, Gángdaga-vika appellata, nomen traxit.

De tempore autem hujus festivitatis, Jus Ecclesiasticum Cap. 14 his verbis agit: En frá Páska degi fyrsta skolo vera vikor V. til Drottinsdags heß, er Gagndaga vika hefr upp eptir. annann dag viko, ok enn III. og midvikodag í Gáng-

præsertim vixerit, nos pariter latet. Interim horum utrumqve eruditum atqve Astronomiæ, pro ejus temporis ratione, peritissimum fuisse memoratum scriptum aperte indicat. Ut vero tandem ad tempus Feriæ Emolumenti solitariæ, loco citato assignatum redeamus, sciendum est, solem juxta hunc calculum, in medio fere mensis Martii, eo die qvi primus dies seculi vocatur, & festum Mariæ, una septimana antecedit (hoc est die 18 Martii) signum Arietis intrasse. Cui porro si 30 dies dederimus, signum Tauri die Aprilis 17 sol ingredi debebat, & qvidem VIII. ante feriam Emolumenti solitariam noctibus; qvam tum etiam hoc pacto in 25 diem Aprilis etiam incidisse necesse est. Nec reticere hic possumus, qvod Varro, antiqva Romanorum Robigalia, qvæ in eundem ac feria Emolumenti solitaria diem Aprilis incidebant, simili modo determinet, sole nimirum 10. Tauri partem obtinente, pro ut temporum ratio tunc ferebat. Vid. Antiqvit. Rosini. 374.

Sángdøgum, þá skolo ver hallda at helgi sem þvattdag; id est: *A prima autem feria Paschatos qvinqve hebdomades sunto, usqve ad diem illam Dominicam, post qvam hebdomas feriarum Emolumenti incipit. Feriam secundam hebdomadis tertiam & qvartam dierum Processionis, sacram veluti diem Saturni celebrabimus.*

Ex his itaqve patet, & festivitatem ipsam triduanam fuisse, & in triduum illud, qvod Adscensionem Domini proxime antecedebat, incidisse, proindeqve non ad certos mensis dies alligatam, inter ferias mobiles locum habuisse.

Cap. II.
De Sanctitate Feriarum Emolumenti.

§. 1.

Festos omnes & sacros dies apud Papicolas non eadem sanctitate & observantia celebratos fuisse ex jure Ecclesiastico abunde liqvet, juxta cujus ductum, triplicem eorum differentiam hic deprehendimus, eoqve respectu festa omnia, & sacri dies ad tres classes commodè satis referri posse videntur. In prima igitur classe 16 illi dies sunt collocandi, qvi Cap. 16. tanqvam summæ sanctita-

titatis festa recensentur, inter qvæ tamen feriam primam Paschatos, ob dignitatem resurrectionis Domini, ultimum neqvaqvam locum sibi vindicâsse, improbabile non est (a). Horum omnium

(a) Feriam primam Paschatos in summo inter festa pretio habitam fuisse ex vita Olavi Triggvini Part. 2. p. 315 haud difficulter colligitur, ubi seqventia leguntur: Játvardr Kóngr tók þat í vanda sinn, at segia høfdíngium sínum og hirdmønnum Søgu Oláfs Konúngs á Páska-dag enn fyrsta, en því sagdi hann helldr Søgu Olafs Konúngs Páska-dag, enn einhvern annann dag, at hann qvad Olaf Kóng Tryggvason hafa verit at mørgum hlutum um fram adra Konga, sem páskadagr er ædri enn adrir dagar á 12 mánudum. Qvod sic ad verbum vertitur: *Edvardus* (Angliæ) *Rex historiam Regis Olai feria prima Paschatos proceribus & aulicis enarrare consvevit; ideo autem vitam Regis Olai die Paschatos potius qvam alio qvodam die enarravit, qvod, ut feria Paschatos cæteris omnibus anni diebus præstat, ita Regem Olaum Tryggvinum multis rebus cæteros Reges antecelluisse professus est.* Sic Sturla Theodori de juramento Klangi Episcopi Schalholtensis, qvamvis per ironiam: Tanti, inqvit, juramentum Episcopi æstimo, qvanti officium Paschatos, Sturl. Lib. I. Cap. 14. Juramentum hoc Sturla reipsa flocci faciebat, sed cum per cavillationem se plurimi facere simularet, cui id compararet, nihil præstantius habuit qvam missam Paschalem.

Huc etiam spectat, qvod inter alia habet Statutum qvoddam Eylifi Archiepiscopi: Ef kona ser á sæng þrim vikum fyri Páska, þá fyri tignar sakir dagsins, se henni lofat at gánga í Kirkiu á Páskadag og taka þiónustu; hoc est: *Si uxor qvædam*

um violatio, eadem pæna, nempe exilio, vulgo Fiørbaugsgarð dicto, stabat transgredientibus (b). Ad

dam tribus hebdomadibus ante festum Paschatos puerperio cubuerit, tum propter diei dignitatem templum feria Paschatos ingredi & sacram cænam accipere ei permittitur; cæteris autem festis tale non licuit, nisi qvotuor a partu septimanis elapsis. Vid. Statut. qvoddam Arnæ Thorlaci.

Hinc juxta ejusdem statuti præscriptum, feria prima Paschatos nec funus sepeliri nec inferiæ celebrari potuerunt. Sacerdotes autem, qvi hac feria sacram cænam cuiqvam denegarunt, præter trium marcharum multam, ab officio per octo menses erant suspendendi; qvæ omnia summam de hoc festo opinionem manifeste loqvuntur. Feria prima Paschatos corpus Domini omnes accipere debebant; sed obstaculo qvodam prohibente, feria secunda ad sacræ Synaxis usum erant admittendi; proinde sacerdoti, alibi qvam domi, feriâ prima missam non licuit celebrare. Hinc etiam iis, qvi vel tributum ad candelas pendere, aut ad sacerdotem per tempus qvadragesimale venire neglexerant, corpus Domini prima Paschatos feria erat denegandum. De qvibus omnibus Statuta Jonæ Halthoris Episc. Schalholt. legi possunt; Hæc autem, qvæ attulimus, antiqvitatis testimonia, feriam primam Paschatos inter festa, veluti solem inter sidera, ex mente Papistarum eminuisse, satis evincunt.

(b) De voce Fiørbaugsgarðr legi potest Glossarium *Olavii*, Celeberrimus *Erichsen* in Notis ad Arnes. *Islandske Rettergang* p. 629 & Seqq., ubi Eruditorum de Etymo hujus vocis Sententias enumerat; Præsertim Mag. Joh. Arnæi Episc.

Ad alteram classem dies omnes Dominici & cætera festa legibus injuncta, qvorum Catalogum exhibet Cap. XIV & XV, sunt referenda; hæc enim omnia parem ex legis præscripto reqvirunt sanctificationem, parem transgressoribus, trium sc. marcharum denunciant pœnam. Ad tertiam deniqve & infimam eos rejicimus dies, qvos leges *mediocres* appellant, cujus generis septem inter festivitatem Natalitiorum recensentur; itemqve illos, qvi partialis sanctitatis respectu, *semi-sancti* haud incommodè dici posse videntur. Sub hoc autem nomine comprehendimus qvemlibet diem Saturni, qvi ob instantis diei Dominicæ sanctitatem & venerationem, ab hora tertia pomeridiana exacta (qvod Nónhelgi veteres dixerunt), sacer habebatur (c); qvod pariter de diebus festa proxime

Episc. Schalholtensis, & Ejulsi Jonæ pastoris Vallensis; præprimis vero Eruditissimi Finni Johannæi Hist. Eccl. Tom. I. p. 137 & seqq., qvi planiorem & proniorem vocis hujus enucleationem offert, ostenditqve satis erudite & operose a tribus voculis Islandicis, Fing *vita*, Baugr *annulus* & garðr *sepes*, ejus compositionem esse deducendam.

(c) Nón=helgi nomen habet ab hora nona, diei nempe Communis, sed post meridiem tertia, qva exacta sanctitas cujuslibet diei Saturni inchoari debebat, juxta præscriptum illud Juris Ecclesiastici, Cap. 13. Ver skulum hallda hvattdag hinn

proxime antecedentibus intelligendum esse, ipsa analogia docet.

hinn siounda hvern helgann dag at nóni, sá er næztr Drottins degi fyrir, svo at þá skal ecki vinna sídan eykt lídr, nema þat er nú man ek telia, og Drottins dag á at vinna. Þá er eykt, er útsudurs ætt er deilld í þridiúnga, og hefir Sól gengit tvo hluti, en einn ógengit; hoc est: *Diem septimum, nempe Saturni, qvi diem dominicam præcedit, ab hora nona sacrum celebrabimus, adeo ut nihil operari liceat, Eykta* (trihorio à meridie) *elapsa, nisi qvod nunc recensebo, Sabbatisqve permissum est operari; Tunc autem est* Eykt, *cum sol duas partes libauoti plagæ percurrerit, una autem restat.* Hunc locum non minus erudite qvam prolixe enucleavit eruditiss. Finn. Johann. Hist. Eccl. Tom. I. p. 153 & seqq., qvo curiosum lectorem remittimus. Nostro autem *Nón* cognatum videtur Anglorum *Noon* meridies, *Fore-Noon, After-Noon* tempus ante & post meridiem; unde forte phrasis vernacula at tvínóna vid eitthvad, *indormire operi* vel *bis manum admovere illi*, qvod semel & simul absolvi poterat; nisi magis placeat deductum esse ab additamento semihoræ illius, qvam lex Ecclesiastica operariis ad colligenda instrumenta, & rite deponenda hoc loco indulget, adeo ut inter prius & posterius Nón, semi-hora effluxerit.

Est autem hic porro probe observandum, qvod licet sanctitas septimæ cujusque diei ab hora post meridiem tertia, vel ad summum, qvarta dimidiata, fuerit inchoanda, propter certos tamen qvosdam casus, ad sextam diei horam exactam, & paulo ulterius opera & labores continuare licuerit. Personæ autem, qvibus hæc indulgentia est concessa, præcipue fuere seqventes;

Tandemqve huc spectare videntur festa qvædam minimæ observantiæ, Juris Ecclesiastici Cap. 18 recensita.

§. 2.

tes: 1) Viatores sarcinas eqvis portantes. 2) Sponsus & sponsa, eorumqve comites sua secum impedimenta vehentes. 3) Mercatores vel nautæ sarcinas itidem navi vehentes. 4) Prætores & qvi conventus adeunt vernales, Vorþíng dictos. His autem omnibus unus idemqve terminus præscribitur, qvem leges vocant skapthá Sól, seu *solem hastæ manubriatæ altitudinem æqvantem;* Cum vero hoc temporis punctum & incertum & observatu difficile videri posset, illud ulterius hoc pacto explanare & definire legum conditores conati sunt. Þá er sól skapthá, ef maðr stendr í fiøru, þar er mætiz siór og land at hálf-føllnum sió, og mætti siá í haf út, þá er sól gengr at vatni, enda sýniz honum svo, ef spiót væri undir sólina sett, þat er svo væri háskept, at mætti taka hendi til fals, at oddrinn tæki undir sólina, en spiót-skapts halinn á sióinn, ef í heidi mætti siá og mældi IX. fet frá; qvod sic utcunqve latine redditur: *Tunc sol manubriatæ hastæ altitudinem dicitur exæqvare, si qvis in littore constitutus, ad maris terræqve confinia, fluxu aut refluxu dimidiato, solem ad undas properantem conspicere possit, & ipsi qvidem tunc appareat, si hasta tantæ altitudinis manubrio, ut manu supra caput, interstitium inter mucronem & hastile, contingi posset, soli supponeretur, qvod cuspis usqve ad solis discum, manubrii autem extremitas ad mare pertingeret, si cælo sereno videre liceret novem pedes retrocedenti.* Hanc explanationem, qvamvis nostro ævo plus obscuritatis qvam lucis habere forte videatur, ejus-

tamen

§. 2.

His ita præmiſſis, diſpiciendum porro eſt, ad qvam potiſſimum claſſem memoratæ Proceſſionis vel Emolumenti feriæ ſint referendæ; inter præ-

tamen ætatis hominibus ſatis perſpicuam & obſervatu facilem fuiſſe exiſtimamus; ad ſolis enim & ſiderum curſum nobis multo fuerunt attentiores, qvod ex compluribus colligi poteſt argumentis. Nec dubium nobis fieri poteſt, qvin nonnulli juxta præſcriptam regulam rei hujus experimentum ceperint, aliosqve deinde informaverint, diſcrimine ſimul, pro diverſo locorum ſitu, qvantum fieri potuit, obſervato & inculcato. Auxit inſuper haud dubiè attentionem religio, mulctæqve pecuniariæ timor, transgredientibus irrogatæ, qvam ut effugere poſſent, omnem eos lapidem moviſſe credere fas eſt. Nec tamen ideo volumus hanc Veterum temporis metiendi rationem ſemper & ubiqve certam, accuratam & infallibilem fuiſſe, aut ad Aſtronomicorum inſtrumentorum obruſſam vocatam, conſiſtere potuiſſe; ſed tantum ſole lucente â ſcopo non multum aberraſſe, multis interim exceptionibus obnoxiam. Primo enim nonnullis locis, ubi montium juga ſolis conſpectum in occidentali cæli regione conſtituti intercipiebant, talis obſervatio fieri non potuit. Deinde cælo nubilo & nebuloſo, nulla rei explorandæ facultas fuit, niſi forte qvantum per conjecturam attentiores viatores, qvibus ſolis hoc privilegium eſt conceſſum, vel naturali ſagacitate, vel ex emenſi itineris ratione, vel aliis denique circumſtantiis colligere potuerunt. Tertio per maximam anni partem, ob nimiam ſo-

cipua ſeu ſummæ ſanctitatis feſta locum iis non eſſe tribuendum, cum lex eccleſiaſtica hæc omnia & ſin-
gula

lis â Zenith noſtro diſtantiam, tale experimentum locum habere non potuit, niſi aut crepuſculi & occidentis diei ductum & cynoſuram, aut ſiderum nocturnorum curſum, in hoc caſu Veteres aliqvatenus ſecutos fuiſſe credamus, qvod nec improbabile eſt. Qværi autem hic ulterius poſſet, utrum ille temporis articulus, qvem ſtaptħá ſól leges vocant, mobilis fuerit, & pro ſolis inæqvali diverſoqve occaſu, nunc in hanc, nunc in illam diei horam veſpertinam inciderit; an vero immobilis, & ad certam & determinatam horam alligatus, ſive ſol ſupra horizontem tum luceret, ſive non? Qvid ad qvæſtionem hanc reſpondeamus, ambiguum nobis eſt, & obſcurum, lege ipſa hac de re prorſus tacente, cujus literam ſi ſeqvamur, mobilem eum fuiſſe oportet. Si autem genuinum ſcopum & intentionem legis attendamus, in eam proniores ſumus ſententiam, qvod immobilis & ad certam diei horam ſemper reſtrictus fuerit; idqve ulterius probamus: 1) Ex ipſa privilegii hujus natura, qvod viatoribus nonnullis, qvi maximè neceſſarium iter habere viſi ſunt, eum in finem fuit conceſſum, ut illud paulo diutius poſſent continuare. Talia autem itinera, non tantum verno tempore, cum longiſſimus eſt dies, ſed etiam per cæteras anni partes, facile locum habere potuerunt; ſi Prætores aliosqve ad Conventus vernales proficiſcentes excipiamus. Qvemadmodum igitur prædictorum viatorum itinera ad unam præ altera anni partem reſtringi neqveunt, ita nec privilegium illis conceſſum, ad vernales duntaxat horas alligandum, ſed integrum omnino annum extendendum eſſe videtur;
Nam

gula nominatim ordine recenſens, nullam earum faciat mentionem, nemo non facile videbit. In

 ſe-

Nam ſi tantum per bimeſtre vel trimeſtre ſpatium duraſſet, pro nulla ferè indulgentia aut privilegio haberi potuiſſet. 2) Idem etiam ſvadet terminus horarius Nón ſeu Eykt, cum qvo ſanctitas ſeptimæ diei ordinarie ſemper inchoari debebat, nec eo duntaxat anni tempore, qvo ſol ſupra horizontem adhuc conſtitutus, præfinitum hunc terminum monſtraret, ſed etiam tempore brumali, cum eundem non tangeret.

Sicuti igitur *Eykta* certam & determinatam diei horam, perpetuò indigitabat; ſive ſol ad eam cæli regionem, cui hæc aſſignata fuit, curſu ſuo pertingeret, ſive non (id autem trimeſtri circiter ſpatio per ſingulas brumas in Islandia obtinet); ita etiam ſkapthá Sól, ex legis-latorum mente & intentione, certum & præſtitutum diei tempus denotaſſe videtur. Nam ſimilium ſimilis eſt ratio. Et qvemadmodum Veteres abſente ſole Eyktæ terminum, crepuſculi ſive occidentis diei ope, cum conſpicuus eſſet, qvodammodo noverunt inveſtigare, ita etiam conſimiliter terminum ſkapthá Sól, ad ejusdem crepuſculi ductum, aut etiam hoc deficiente, ex lunæ ſiderumqve curſu, ſaltem per probabilem conjecturam, aliqvatenus indagari potuiſſe, facile nobis perſvademus. 3) Abſurdum plane eſt, & a curioſitate ejus ævi, præſertim qvoad Sacra, alienum, terminum hunc vagum & mobilem fuiſſe. Nec ullum facile reperitur exemplum, ſi noctis autumnalis & hiemalis initium excipias, qvod tali temporis metiendi ratione uſi ſint Noſtrates, cum e contrario appareat, omnes apud eos diei noctisqve dimenſiones ad certas

secunda itaqve aut infima classe eas esse collocandas, res ipsa loqvitur. Ut ergo mentem nostram

, certas cœli regiones fuisse alligatas, proindeqve in certum & determinatum temporis articulum perpetuo incidisse; unde etiam, qvominus idem de prædicto termino ſkapthá Sól concludamus, non videmus qvid obstare possit. 4) Ex ipso deniqve fluxu & refluxu maris, unde hæc observatio aliqvatenus pendebat, idem haud difficulter colligi posse videtur. Hic autem, cum non semper idem sit, sed pro vario lunæ crescentis & decrescentis statu & ratione, ad certum temporis intervallum, nempe 48 Minuta, de die in diem, nunc procedendo nunc retrocedendo, perpetuo variet; manifestum est, terminum ſkapthá Sól, si mobilem eum fuisse statuamus, cum dimidiato fluxu vel refluxu maris, rarissime tamen coincidere potuisse; prædictæ autem observationi & experimento non nisi in tali casu locus fuit, unde necessario seqvitur, hunc non esse genuinum legis sensum.

Qvod si fixum & immotum terminum illum statuamus, res in vado erit. Tum enim non necessarium erat tale experimentum, nisi semel tantum, in utriusqve concursu, facere; idqve sub ipsa solstitia æstiva, cum longissimus est dies, factum esse, non de nihilo opinamur.

Hoc ita posito, atqve insimul aliqvatenus probato, dispiciendum porro est, in qvam præcise diei horam ſkapthá Sól, ex veterum mente & intentione, inciderit; in inchoatione sanctitatis, qvæ diei Saturni ex legis præscripto competebat, triplicem observare licet terminum. Primum

nostram hac de re breviter aperiamus, perfectam & absolutam diei dominicæ sanctitatem prædic-

mum Nón sive Eykt leges vocant; secundum, qvem sanctitas septimæ diei, hora tertia vel ad summum qvarta post meridiem dimidiata, inchoare debebat, & hic communis & maximè usitatus fuit. Alterum terminum, þá Sól er í vestri, *Sole in occidente constituto*, leges constituunt, qvi in horam post meridiem sextam præcise exactam incidit, & hic minus fuit usitatus. Tertius deniqve & postremus sanctitatis inchoandæ terminus, fuit skapthá Sól, de qvo nobis hic sermo est. Hunc autem utroqve prædictorum posteriorem fuisse, ex seqventi Juris Ecclesiastici sententia, satis perspicuum est. Ef madr ber klyfiar þvattdag, og vill hann heim þreyta, ok á hann at bera til þess, unz Sól er skapthá; ef hann má ei heim þreyta, ok skal hann tekit hafa gisting og ofanlagdar klyfiar, þá Sól er í vestri; hoc est: *Siqvis die Saturni sarcinas eqvis vehit, domumqve eo die contendere cupit, donec* Sól skapthá *est, iter continuato. Qvod si domum pervenire neqveat, hospitium sibi delegisse, sarcinasqve deposuisse eum oportet, sole in occidente constituto.* Ex hoc loco ita argumentari liceat: Viatori, qvi domum contendere potuit, majus privilegium lex hic concedit, qvam ei, qvi ad proprium domicilium hoc ipso die pervenire neqvibat. Ille enim præ hoc altero, majorem iter continuandi necessitatem habere visus est, atqve illi proinde longius, huic autem brevius, proficiscendi tempus fuit concessum; unde etiam porro concludimus, terminum skapthá Sól, posteriorem fuisse illo, qvem leges vocant Sól í vestri. Sed qvan-

tis feriis adſcribere, aut locum iis inter feſta majoris obſervantiæ dare, neqvaqvam ſuſtinemus, cum

qvantum temporis fuerit inter horam ſextam, & terminum ſkapthá Sól, de eo leges prorſus tacent. Nos ſesqvi-horæ ſpatium fuiſſe opinamur, in qvam nos conjecturam ſeqventes ducunt rationes. Primum argumentum, ad hanc noſtram aſſertionem ſtabiliendam, ex ipſa lege deſumere libet, & qvidem ex illis verbis, qvæ locum a nobis nuperrimè citatum immediate ſeqvuntur: Utlægr er bóndi III merkor, ef hann ſyniar honum viſtar. enn hinn ſkal bera klyfiar til næzta bæar áleidis, og bidia þar viſtar. Utlægr er bóndi, ef hann ſyniar honum viſtar. hinn ſkal fara til þridia bæar og bidia þar viſtar og vardveitſlu gagni ſíno, og leggia ofann klyfiar; id eſt: *Colonus autem ſi hoſpitium ei* (viatori) *denegaverit, tribus marcis mulctator; alter vero ille, ad proximam in itinere obviam villam ſarcinas vehito, hoſpitiumqve expetito, qvod ſi illi colonus denegat, multator. Alter vero ad tertiam tendito villam, ſibi hoſpitium, impedimentis vero cuſtodiam expoſcito, eademqve ibidem depo-nito.* Supponunt hic leges, adeo inhumanos & inhoſpitales dari poſſe viros, ut viatori etiam in tali caſu hoſpitium denegent; ſi igitur in ejusmodi Evcliones forte inciderit, aliqvantum temporis ſpatium ab hora ſexta, ad iter ſuum ulterius continuandum ipſi indulgent, hoc autem ſesqvi-hora brevius fuiſſe, vero ſimile non eſt, id enim villarum etiam mediocris diſtantia, lentum cum ſarcinis iter, colloqvium cum hoſpitibus, & deniqve ſarcinarum depoſitio, pati non poſſe videntur; itineri igitur inter tres villas conficiendo, integram horam tribuimus, cæteris

cum ipsa lex Ecclesiastica hanc eis sanctitatem penitus derogare videatur, inter festa qvidem, sed adjecta

teris autem, qvæ moram aliqvam & cunctationem injicere poterant, semihoram. Atqve ita terminum ſkapthá Sól, in dimidiatam horam octavam incidisse concludimus, ultra qvem nec his nec aliis viatoribus die Saturni sarcinas vehentibus iter facere licitum erat, atqve hanc ob causam impedimenta ad tertiam villam omnino deponere jubentur, sive hospitium impetraverint, sive non. Alterum, qvod nos in hanc opinionem ducit argumentum, exinde petimus, qvod veteres ultimam diei partem, qvam Vesperem appellarunt, ad prædictæ horæ meditullium terminaverint, sole in confinio Favonii & Japygis constituto; unde nobis non sine causa in mentem venit, hoc itidem temporis punctum viatoribus ultimum itineris & laboris terminum fuisse præscriptum, eumqve hic in legibus ſkapthá Sól vocari. Tertio hanc nostram conjecturam vero similem facit, hastæ, qva experimentum hoc capi debebat, longitudo solis circa solstitia æstiva in memorata cæli plaga constituti, altitudini, ni nos fallat opinio, qvodammodo respondens, qvod tamen pro certo & indubitato non potest venditari. Hastæ apud Nostrates duplicis generis fuere, qvales & antiqvis Græcis fuisse testatur *Pfeifferus* Antiqvit. Græc. Lib. 3. Cap. XXII. p. 540-41. Aliæ nimirum porrectæ seu longiores, lángſkept Spiót, aliæ brevori manubrio instructæ ſkamſkept Spiót. Illis potissimum cominus, his eminus pugnabant; Ex longiorum genere eam fuisse oportet, qva memoratum fieri debuit experimentum, qvod & ipsa manubrii descriptio osten-

adjecta qvadam determinatione, eas enumerans. In infima itaqve classe illas collocare, nulli dubitamus, seqventibus rationibus inducti.

§. 3.

ostendit. Nos talem hastam sex propemodum ulnas longam fuisse colligimus, ita ut manubrium tres cum dimidio, cuspis autem cum interstitio, Nostratibus Falr, Græcis ἄγκυλη dicto, duos cum qvadrante cubitos æqvaverit. Tanta autem cum fuerit hastæ longitudo, insignem qvoqve solis altitudinem, cui illa respondere debebat, fuisse oportet; hunc altitudinis gradum, si sub ipsa solstitio æstiva, ut nostra fert opinio, hora post meridiem octava dimidiata sol obtineat, nostri ævi homines toto cælo errare manifestum est, qvi terminum illum horarium, skaptha Sól, non tantum mobilem, sed nimis qvoqve serotinum faciunt, unius qvippe horæ vel etiam semihoræ spatium ante solis occasum ipsi assignantes. Hæc nostra est sententia aut si mavelis conjectura, qvam idcirco nemini obtrudere, sed aliorum judicio & examini subjicere volumus, qvam primum rectiora edocti fuerimus, eidem nuntium remittere parati. Id tantum hic monere visum est, qvod Papistæ semisanctos suos dies, vel a Romanorum intercisis diebus mutuati esse videantur, de qvibus legi possunt Antiqvit. Rosin. p. 335. vel etiam a Judæis, qvi suos qvoqve *Chol Hammoed*, sive profestos feriarum dies habuerunt, per eos dimidia tantum parte feriati. Tales fuere qvatuor dies intermedii in Festo Paschatos, & qvinqve in festo Tabernaculorum, Vid. *Buxtorfii* Synag. Jud. Cap. XIX. p. 430. Sabbatum itidem mature solebant inchoare, post vesperem enim sextæ diei, nullum amplius externum opus obire licuit,

§. 3.

Primum igitur, qvod pro hac noſtra ſententia militat argumentum, eſt diſertum & expreſſum Juris Eccleſiaſtici teſtimonium utrisqve feriis unam eandemqve, talem nimirum, qvæ diei Saturni competebat, tribuens ſanctitatem; de priore enim feria, nempe Emolumenti ſolitaria Cap. XXV. ita loqvitur: hann ſkolo ver hallda at helgi ſem þvattdag; id eſt: *Eam, quá diem Saturni, ſanctitate celebrabimus.* De poſterioribus itidem feriis ſc. Emolumenti triduanis, Cap. XXIV. parem pronunciat ſententiam. Ubi autem de nonnullis aliis feriis v. g. ſecunda, tertia & qvarta Paſchatos, ſecunda Pentecoſtes & ſic porro, earumqve ſanctitate agit, diei Dominicæ inſtar obſervandas eſſe aſſeverat. Ex hoc ergo diſcrimine, qvod ipſæ leges hic faciunt, ſanctitatem diei Dominicæ, aut ei æqvalium feſtorum, feriis hiſce Emolumenti neqvaqvam competere, liqvido apparet; ſed ê Contrariò ſecundum evidentem & expreſſam legis ſententiam inter dies ſemiſanctos eſſe numerandas.

§. 4.

cuit, ſed precum & hymnorum recitationi in Synagogis exinde unicè vacandum, ut idem Author Cap. XV, p. 300 teſtatur, qvorum veſtigia hac in parte Catholicos etiam ſecutos eſſe, a vero non abhorret.

§. 4.

Alterum, qvod assertioni nostræ non minus favet, argumentum, ab ipsa feriarum istarum indole, scopo & fine desumimus; Fuere nimirum supplicationibus, litaniis & jejuniis destinatæ. Hæc autem diei Dominicæ, aut æqvalis sanctitatis festis, neqvaqvam conveniebant; unde etiam, si in ejusmodi esuriales ferias festi dies inciderent, jejunium plerumqve penitus tollebant, id qvod lex ecclesiastica passim inculcat, inter alia de feriis hisce nostris, hunc in modum verba faciens, locis supra citatis Cap. nimirum XIV & XV. Ef ber á annann dag viko, eda inn þridia í gagndøgum Philippus-meßo, og Jakobus, eda kroßmeßu, eda kirkiodag, og er rett at eta þá tvímællt, ok eigi slátr; hoc est: *Si in feriam secundam aut tertiam Dierum Emolumenti inciderit festum Philippi & Jacobi, Crucis, aut templi natalis, bis per diem cibum, nec tamen carnes sumere licitum est.* Item de feria Emolumenti solitaria, og fasta dag-festo, nema hann verdi á Páska viko edr kirkiodag, þá er rett at hafa tvímællt; id est: *Et diurnum jejunium observandum, nisi in septimanam Paschatis aut natalem templi inciderit, tum recte bis per diem*

cibus

cibus sumitur. Ex his igitur haud difficulter colligi, imo aperte satis, evinci posse existimamus, ferias Emolumenti, jejuniis qvippe & supplicationibus dicatas, minore per se & sua natura, qvam cætera festa, lege injuncta, sanctitate inclaruisse, atqve ab his, cum in illas inciderent, insigne festivitatis incrementum accepisse. Neqve ulla, si ab omni parte sanctæ fuissent, jejunia locum hic facile habuissent; qvemadmodum enim sanctitas jejunium, legibus alias injunctum, aut penitus tollebat aut certè mitigabat, ita hoc vicissim minorem diei, cui competivit, sanctitatem & solennitatem arguebat.

§. 5.

Deniqve etiam ad ipsos remotioris ævi Episcopos, testes omni exceptione majores, nobis hic liceat provocare, qvorum nonnulli prædictas Emolumenti ferias pro semisanctis tantum habuerunt. Inter hos autem primum se offert famosus ille Skalholtensis Præsul, *Arnas Thorlaci* filius (d), qvi novam legem Ecclesiasticam, qvam

(d) Hic *Arnas*, ut vita ipsius manuscripta testatur, natus est Anno 1237, ordinatus autem 1269 in Commemoratione Pauli Apostoli, a Jona Archiepiscopo Nidrosiensi, cui ob

qvam ipse condiderat Islandis obtrudi & in leges referri curavit. Hujus autem Caput 29 sic inter alia loqvitur: Nú skulum ver Sunnu-hátídis daga og adra helga daga med mikilli virding geyma. — Þeßar tídir leggiaz og þar til III vikur fyrir Jól, II vikur um Jól, VII vikur um lánga føstu, Páska vika og gagndaga vika ꝛc. id est: *Dies Dominicos, festa & alios sacros dies magna veneratione observabimus. — Hæc etiam tempora his adjiciuntur, III septimanæ ante, II inter festum natalitiorum, VII hebdomades jejunii qvadragesimalis, hebdomas Paschatis & dierum Emolumenti &c.* In priori commate festa omnia & sacri dies primæ & secundæ classis continentur; in posteriori autem nonnulli, qvi ad infimam pertinent, ut mediocres sive semisancti, festisqve majoribus proximi, itemqve feriæ majoris momenti esuriales. In horum igitur numero cum sæpius memoratæ Emolumenti feriæ hic etiam habeantur, manifestum est, Episcopum Arnam, eas pro omnino sanctis, non agno-

ob ingenii & morum similitudinem admodum erat familiaris, vir imperiosus, & pro more seculi avarus, qvi qvod laicis præbendas extorsit, Stada-Arne vulgò appellatur. Decessit in Norvegia 1298, 15 Cal. Maji ætatis 61. Hujus Jus Ecclesiasticum Anno 1275 in leges relatum est.

agnoviſſe. Nec eſt, qvod qvis objiciat, diem Veneris & Saturni hujus ſeptimanæ hic tantum intelligi, non autem ipſas Emolumenti ferias; ad integram enim hebdomadem, ſi adſcenſionem Domini exceperis, hoc extendendum eſſe, ſtatutum qvoddam, qvod eidem Arnæ adſcribitur (e), clare ſatis demonſtrat. Sic autem illud: Faſta ſkal tveggia poſtula meßu, ef ber á Gagndaga, en hafa tvímællt kroßmeßo, nema beri á midvikodag fyrir Adſcenſionem Domini, vinna eigi lengr enn til midaptans fyrir hvorntveggia meßodaginn

(e) Statutum hoc a *Magno Giſſuris* filio Arnæ Prædeceſſore, primo factum fuiſſe dicitur, deinde ab ipſo Arna confirmatum, qvod evidenti argumento eſt, utrumqve hunc Præſulem unam eandemqve de feriis Emolumenti ſententiam foviſſe, easqve tantum pro ſemiſanctis agnoviſſe. Hic autem duplicem legis eccleſiaſticæ diſpenſationem, ab Epiſcopis noſtris factam, obſervare licet. Primo enim contra generalem antiqvi Juris Eccleſiaſtici regulam, nullo ad feſti ſanctitatem habito reſpectu, jejunium obſervandum injungunt; deinde etiam diei feſtum præcedentis ſanctitatem, labores & opera, usqve ad exitum horæ ſextæ indulgendo, cum alias ex juris præſcripto, ultra horam tertiam iisdem vacare non liceret, aliqvatenus imminuunt. Hoc autem tanqvam inſolitum neminem offendere debet, cum talia epiſcopalis licentiæ exempla qvam plurima nobis ſuppeditet ferrea iſta ætas, qvo autem reſpectu hoc fecerint, vide ſupra Not. c. ad §. 1. hujus capitis.

dagin; id eſt: *Feſto Philippi & Jacobi, ſi in ferias inciderit Emolumenti, jejunandum eſt. Feſto autem Crucis per diem bis cibum ſumere licet, niſi in feriam qvartam ante Adſcenſionem Domini incidat; die utrumqve feſtum præcedente, non diutius, qvam ad medium veſperem* (ſive finem horæ ſextæ pomeridianæ) *laboribus incumbendum.* Ex his qvæ Epiſcopi *Arnæ* mens fuerit de ſæpius nominatis feriis vel lippis etiam & tonſoribus notum eſſe poterit, nimirum qvod eas pro ſemiſanctis, & maximam partem profeſtis, agnoverit; qvod etiam cum allegata nuper Juris ipſius Eccleſiaſtici ſententia ad amuſſim concordat. Hoc ut eo clarius evadat, omnisqve dubitationis ſcrupulus penitus eximatur, ponamus alterutrum hoc feſtum in tertiam aut qvartam feriam Emolumenti incidiſſe, qvod & facile fieri potuit, tum dies proximè antecedens erit vel ſecunda vel tertia Emolumenti feria, qva tamen nihilo minus, juxta hanc Præſulis conſtitutionem, laboribus & operis, usqve ad exitum horæ ſextæ, incumbere licitum erat. Cujus nulla alia ratio reddi poteſt, qvam qvod prædictus dies ad eam usqve horam, non pro ſancto, ſed pro profeſto habitus fuerit.

§. 6.

Hæc Præſulum Arnæ & Magni ſtatuta, qvo in numero feriæ Emolumenti habendæ ſint, apertè indicant, cum qvibus tertium, ejusdem procul dubio Magni ſtatutum, dè diverſis præfationibus, diverſis anni temporibus inter celebrandam miſſam canendis, etiam concordat (f). Hoc vero ſtatutum præſcribit, ut a Feſto Paſchatis, usqve ad Adſcenſionem Domini, una eademqve præfatio canatur, adjecta ſimul exceptione de feriis Emolumenti & vigiliis, in qvarum officio qvotidianas ſive vulgares præfationes uſurpandas eſſe aſſeverat; qvod Præſul Magnus alio intuitu non feciſſe cenſendus eſt, qvam ut hoc præfationum discrimine, ipſam dierum diſparilitatem indicaret, oſtenderetqve feriis hisce Emolumenti, utpote minus ſanctis, & ad triſtitiam qvaſi comparatis, non feſtivam illam, & pro temporis ratione lætitiæ plenam, ſed vulgarem & minus ſolen-

(f) Memorata Conſtitutio 10 Præfationum formulas, pro diverſa temporis ratione in officio canendas, ſingulis annis attribuit, qvas hic ſigillatim enumerare operæ pretium non exſtimamus. Interim hinc elucet, qvanta ævo hoc Papiſtico rituum eccleſiaſticorum, præſertim circa officium miſſæ, fuerit varietas. Refertur hæc conſtitutio ad Ann. 1224. v. F. Joh. H. E. T. I. p. 139.

lennem præfationem competere. Similem qvoqve æstimationem inter Norvegos qvondam habuisse ferias Emolumenti, locus qvidam, qvi nobis nuperrime occurrit in libro legum Gulensium p. 13. perspicuis & expressis verbis ita testatur: Sagndaga helgi skal sva hallda, at vinna skal daga III til middags, en Pórsdagr allr heilagr sem Páskadagr; id est: *Sanctitas dierum Emolumenti ita observabitur, ut per triduum usqve ad meridiem operibus sit incumbendum; dies autem Jovis, Paschatis instar, totus sacer celebrabitur.* Hoc legum Gulensium testimonium adeo clarum & certum esse putamus, ut nullus ulteriori dubitationi locus relinqvi possit, ferias Emolumenti triduanas Norvegis etiam æqvè ac Islandis, tantum modo semisanctas fuisse, eo duntaxat discrimine, qvod illi prius, nempe â meridiê, hi autem posterius, ab hora scilicet post meridiem tertia, vel dimidiata qvarta, earum sanctitatem inchoaverint. Unde & tales ubiqve locorum fuisse non sine causa colligimus. Hæc de Sanctitate feriarum Emolumenti dixisse satis erit; restat, ut de Jejunio pauca itidem adjiciamus.

Cap.

Cap. III.
De Jejunio inter Ferias Emolumenti obſervando.

---

§. 1.

Jejunia Noſtratibus ſub papatu complura fuêre, nec omnia ejusdem generis. Reſpectu durationis in majora & minora hæc primo commodè ſatis diſtingvuntur. Inter majora Qvadrageſimale Jejunium & Adventus præcipuum ſibi locum vindicant (a). Minora autem vocare liceat

C 2 illa,

(a) Jejunium qvadrageſimale Vernaculè Långafaſta, Jejunium longum, qvaſi maximæ inter jejunia durationis, ita κατ᾽ ἐξοχὴν dictum eſt ſeculo qvarto, ut ſcriptores eccleſiaſtici teſtantur, in Eccleſiam primo eſt introductum, licet diſpari admodum longitudine; per totum hoc tempus, usqve dum prima Paſchatos feria montium cacumina illuſtraret, carnibus erat abſtinendum, unde & *Carnis-privium* hoc tempus dicebatur. Et hinc qvoqve Papiſtarum *Carneval*, qvaſi dixeris *Caro vale*, qvod in capite hujus jejunii, carnibus erat valedicendum, nomen traxiſſe videtur. De hoc jejunio agit Juris Eccleſiaſtici antiqvi Cap. 20.

Jejunium Adventus nobis Jólafaſta, qvaſi *Jejunium ante Natalem Chriſti*, feria prima poſt Dominicam Iam. Adventus inchoandum, usqve ad

illa, qvæ per unum, duos, aut ad summum tres dies erant continuanda. Respectu Personarum vel

ad festum Natalitiorum durare debebat, carnis abstinentia per certos hebdomadis dies itidem nobile. De hoc jejunio legi potest Juris Eccl. Cap. XXI. Ad hanc jejuniorum classem ex ordinariis, qvæ referamus, plura non habemus.

Inter Jejunia minora, qvatuor temporum præcipuum fuit, qvater statis anni temporibus, ad tres dies singulis vicibus observandum, noctibus insimul adjectis, vernacula lingvâ Ymbrudagar, & septimanæ, in qvas incidebant, Ymbruvikur, de cujus vocis etymo hic non est differendi locus. Ex tot Eruditorum sententiis ea maximè placet, qvod vox Ymbra, corrupta & correpta sit ex Latinorum qvatuor tempora, ut Germanorum Qvatember; talis enim peregrinarum vocum monstrosa depravatio id temporis Nostratibus admodum fuit familiaris; qvod & mille probari posset exemplis. Hæ omnes Esuriales feriæ æqvam ex legis præscripto exposcebant observationem; unde, qvo præsertim intuitu, Episcopus *Arnas Thorlaci* eas, qvæ in autumnum circa festum Michaelis incidebant, ab omni actione forensi, præ cæteris immunes esse voluerit, nobis non liqvet. Carnem per hos dies edisse, relegatione (Fiörbaugsgardr) stabat transgredienti Cap. XXII. Juris Eccl. De Voce *ymbra* legi meretur *Arnes. Islandske Rettergang* Cap. 4. p. 88 & seqq.

2) Jejunia Nychthemeri, tveggia dægra föstur, in Jure Ecclesiastico passim memorata, qvod subinde leges vocant: at fasta dag og nótt; id est:

vel universalia fuere, vel particularia; illa omnibus æqvè competebant, hæc certis qvibusdam

C 3 per-

est: *jejunare diem & noctem.* Vid. Jur. Eccl. Cap. XV. Hæc jejunia pridiè pleraqve festa maximæ observantiæ, aliaqve nonnulla, ut plurimum incidebant.

3) Jejunia qvædam indicta Nostratibus Bod-föstur, qvæ sic ideo appellabantur, qvod ut certa qvædam ac salutaria pietatis exercitia lege essent injuncta. Juxta hæc qvivis dies Veneris per integrum anni spatium, una cum noctibus, excepto, qvi in septimanam Paschatos incidebat, vitam sedentariam agentibus erat transigendus. De Jejuniis indictis vide Juris Eccl. Cap. 19.

4) Et deniqve Jejunia diurna vel nocturna, Dag-föstur og Nætur-föstur. Horum nonnulla pridie festa minoris observantiæ incidebant, nonnulla vero inter jejunia indicta numerantur, ut qvivis dies Mercurii â primordio hyemis usqve ad jejunium Adventus, nisi festum forte incidens jejunium tolleret; â jejuniis nocturnis per æstatem gravioribus occupati laboribus eximebantur. Lege de his Cap. XIX. Juris Eccl. Dagfasta sive jejunium diurnum â media nocte incipiebat, usqve ad Eykt; id est: exitum horæ tertiæ post meridiem secundi diei continuandum. Nætur-fasta, jejunium nocturnum, per integram noctem durare debebat; nox autem tempore autumnali aut hyemali, cum occasu lucis inchoabatur, ortu ejusdem haud dubie terminanda. Æstivis vero mensibus solis occasus & ortus, noctis spatium circumscribebat, cev docet Jur. Eccl. Cap. XXVI.

perfonis injuncta (b), ratione ciborum, qvibus vefci aut non vefci licuit, in *rigidiora* & *mitiora*. Inter priora ab omni fere cibo, inter pofteriora a certis ciborum generibus, erat abftinendum (c). Deni-

(b) Jejunia abfolutè univerfalia nulla fuerunt, præter id, qvod in abftinentia carnium confiftebat, omnes pariter omnis fexus, ætatis & ordinis obligans, & qvidem tanto rigore, ut is, qvi tali jejunii tempore, minorenni cui qvam carnem appofuerit, æqve reus, acfi ipfe comediffet, haberetur. A cæteris verò jejuniis, qvæ folummodo refpective Univerfalia fuerunt, exemti fuêre a) *Infantes & pueri* intra annum 12m. (qvædam exempl. Juris Eccl. habent annum 16); b) *Senes* ab anno ætatis feptuagefimo. c) *Ægrotantes*. d) *Prægnantes*. e) *Lactantes*, qvæ infantem qvidem per triennium uberibus alere poterant; fed jejunii vacationem nos nifi in annum habebant. f) *Servitia* gravioribus laboribus deftinata, de qvibus legi poteft Cap. XIX & XXV Juris Eccl. Particularia fuêre, qvæ certis perfonis, nunc uni, nunc pluribus, ob certam aliqvam caufam competebant; cujus generis erant Jejunia qvædam indicta vitam fedentariam agentibus, tantum modo obfervanda, de qvibus fupra. Itemqve Jejunia inter pænitentias competentes ab Episcopo aut facerdotibus, ad certum tempus pro delicti natura, & gravitate peccantibus injuncta, de qvibus paffim videri poffunt Episcoporum ftatuta.

(c) Inter rigidiora Jejunia principem fibi locum vindicant, jejunium aqvæ, noftratibus Vatnfafta; in hoc enim jejunio nihil præter aqvam guftare licuit jejunanti; unde id genus jejunium

Deniqve etiam dispescuntur in ordinaria & extraordinaria; illa qvotannis, juxta receptam Ecclesiæ

um omnium rigidissimum fuisse constat. Jus Eccl. nullam ejus facit mentionem; inter pænitentias autem & vota freqventer occurrit; unde ad extraordinaria jejunia potissimum referendum esse videtur, præsertimqve ad noctes pertinuisse. Veteres dixerunt at vatna og vatnfasta, i: *jejunare in aqva*, unde & hodiedum de summo egestatis vel inediæ gradu, dicimus: at liggia vatnandi, *jejunum recubare*, (nihil præter aqvam gustare).

Secundum ab hoc locum tenebat Jejunium aqvæ & panis, qvod vocarunt, at fasta vidr vatn og braud, at fasta kárinu vid vatn og braud, vel etiam simpliciter, at vatna, qvæ loqvendi formulæ unum idemqve jejunii genus indigitant. De etymo vocis *Carennæ* vide Finni Johann. Hist. Eccl. Tom. I. pag. 142. In hoc jejunio, qvod extraordinariis præsertim itidem annumerandum, demensa panis aut frugum portio seu frustulum, vel etiam selibra arefacti piscis, præter aqvam, jejunanti exhibebatur; qvod disciplinæ ecclesiasticæ genus, in civilem pœnam postea conversum, hodiedum retinetur. Vid. Norske & Danske Lovs 6 B. 2 Cap. 3 Art. De tali jejunio legi potest Statutum, de pænitentia 14 annorum pro delictis gravioribus, itemqve Jörundi Laurentii & Egilli Holensium Præsulum constitutio similis sententiæ.

Tertio in hunc censum porro venit jejunium *siccum*, vernaculâ purra fasta, toties tam in legibus, qvam præscriptis pænitentialibus inculcatum; in hoc jejunio non tantum a carnibus, si tempus id alias exposcebat, sed etiam ab omnibus

confvetudinem obfervabantur; hæc autem ob incidentes publicas calamitates aut fingularem aliqvem

nibus liqvidis erat abftinendum, ficcis vero duntaxat cibariis vefcendum ut herbis, leguminibus, omnifariis pifcibus, balænisqve, exceptis phoca & Rosmarino, modò tempus id permitteret, ut patet ex Jur. Eccl. Cap. XXVI. Tale jejunium fi diutius duraret, rigidum valde fuiffe, corporiqve præfertim apud infvetos magnam maciem induxiffe, exemplum Kjartanis Olavi edocet, ad qvem, cum ante latas jejuniorum leges, per qvadragefimale tempus fpontaneam xerophagiam obfervandam fufcepiffet, tanqvam infolitum fpectaculum, curiofitatis caufa populares undiqve confluebant, tefte Laxdæla Cap. 74. Additqve infuper admirationem omnibus moviffe, qvod tamdiu fine ufu cibi vitam protrahere poffet; unde manifeftum eft, eorum judicio, jejunium hoc proxime ad ἀσιτίαν acceffiffe; ad qvam æftimationem ipfius rei novitas haud parum feciffe videtur; Kjartanem enim primum Islandorum ficcum illud jejunium obfervaffe teftatur vita O. Triggv. part. 2. p. 254. Pertinet autem æqvè ad ordinaria jejunia, ac extraordinaria; unde crebriores ejus ævi loqvendi formulæ, at faſta þurt, & at faſta vid þurt, *jejunare in ficcis*; hafa þurt einmællt, hafa þurt tví-mællt, ɔ: *per alter-utram aut utramqve prandendi vicem ficcis vefci*, qvam pofteriorem locutionem femel tantum licuit obfervare; hafi þurt twímællt Drottinsdag, ɔ: *ficcis cibis per utramqve prandendi vicem die dominica vefcitor.* Statut. de Pænit. 14 annorum.

In mendo autem cubare putamus locum, qvi nuper nobis occurrit in conftitutione qvadam

qvem casum adhibita sunt (d); qvæ omnia hic adscripta Juris Ecclesiastici & Statutorum episcopalium testimonia uberius illustrant.

dam *Jonæ Calvi* Episc. Holensis, data Holis ipso festo Purificationis Ao. 1375, qvam inter cætera ejus statuta exhibet Finni Joh. Hist. Eccl. Tom. II. pag. 211-12; ubi sic legitur: og fasta fyrir vidr þurst, qvod ita emendandum esse existimamus, og fasta fyrir, vidr þurt; id est: *pridie festum in siccis eduliis jejunare*

Ad hanc deniqve classem spectant jejunia Nycthemeri, nobis antea sub nota (a) memorata, inter qvæ ab omni cibo erat abstinendum; ubicunqve enim leges jejunium, nulla adjectâ determinatione injungunt, tale plerumqve jejunium indigitari existimamus.

Ad jejunia mitiora pertinent, primò diurna simplicia & nocturna, cum per alteram tantum prandendi vicem cibo esset abstinendum, qvod illius ævi homines vocarunt: at fasta einmællt, og hafa einmællt; de his jejuniis vid. supra nota (a). Secundo jejunia in lacticiniis & ovis, qvod Nostrates dixerunt at hafa hvítann mat, *albis cibariis vesci*, at fasta vid hvítt, *jejunare in albis*, qvod ova & lacticinia album referrent colorem; hinc at hafa einmællt hvítt, *semel de die lacticiniis vesci*; at hafa tvímællt hvítt, *bis per diem lacticiniis uti*; Vid. de his Jus Eccl. Antiqvum, & passim alibi; hæc autem rigidiora & mitiora jejunia, adeo multiplicia variaqve fuere, ut proprium eorum atqve genuinum discrimen, internosqve gradus dignoscere, nec facile sit, nec ulteriore scrutinio dignum.

(d) Ad jejunia ordinaria referri debent jejunium qvadragesimale, Adventus, Qvatuor temporum, item-

§. 2.

Ex his, qvæ jam diximus, de jejunio inter ferias Emolumenti obſervando, qvid ſentiendum ſit,

itemqve jejunia Indicta, & ſiqvæ alia, qvæ hic enumerare ſuperſedemus. Extraordinaria non unius generis, ſed admodum varia fuêre.

1) *Pænitentialia* inter competentes, nunc in aqva, nunc in aqva & pane ſimul, nunc in eduliis ſiccis obſervanda, qvæ ad complures ſubinde annos, pro diverſa peccatorum gravitate, vel etiam diſſimilitudine pœnitentiarum, & perſonarum qvalitate, licet per certa intervalla extendebantur. Pœnitentia autem longiſſima 14 annorum erat, aliæ etiam ad decennium, aliæ ad novennium, aut deniqve ſeptennium durabant.

2) *Jejunia Purgatoria triduana* in aqva & pane, qvæ Noſtratibus æqve ac aliis Septemtrionis populis, ante ferri candentis portationem in uſu fuêre, qvod veteres vocarunt at faſta til Járns. Vid Grettisſaga Cap. 30. Portationem candentis ferri Islandis uſitatam fuiſſe, docet Sturlúnga Saga 2 B. 11 Cap. & 21 Cap. De ordalio legi meretur Arneſ. Islandſke Retterg. Cap. 8. pag. 179 & ſeq.

3) *Votiva*, cum unus aut plures voti religione adducti, certum jejunii genus, certo tempore ſibi indicerent, pro avertenda aliqva calamitate privata vel publica, qvorum jejuniorum complura exempla antiqvitates noſtræ exhibent. Tale fuit jejunium illud, qvod presbyter Thorarinus Kuggius, nomine Laurentii conſangvinei ſui, poſtmodum Holenſis Epiſcopi, in partu matris difficillimo, prope modum exſtincti, pro

ſit, neminem latere poſſe exiſtimamus; referendum nempe illud eſſe inter jejunia minora, reſpec-

pro ipſius vita & incolumitate ſuſcepit; ut ſc. pridie feſtum Laurentii, qvo in lucem editus erat infans, qvam primum per ætatem, & modo per valetudinem liceret, aqvæ jejunium obſervaret. Qvod votivum jejunium ipſe Laurentius adultior factus, bona per integrum ætatis curriculum fide, ſervaſſe perhibetur. Vid. Vit. Laurentii Mſcr. 2 Cap. Ejusdem qvoqve furfuris erat votivum illud jejunium aqvæ, qvod nutu & auſpiciis Giſſuris comitis, in honorem St. Olai Norvegiæ Regis, pro avertenda hyemis ſævitia, totius Islandiæ incolis, pridie ipſius feſtum, religioſè fuit indictum. Sturl. S. Lib 10. Cap. 7. Fuêre & plura id genus alia, qvæ brevitatis ſtudio omittimus.

4) *Voluntaria*, qvale Kiartanis-Olavii ſupra memoratum ad notam (c). Ad hæc ſpontanea & votiva jejunia, nec non reliqva omnia extraordinaria, ſive ad voluptates carnis refrenandas, ſive ad bonum aliqvod obtinendum, ſive deniqve ad majorem perfectionis gradum aſſeqvendum, ſuſcepta fuerint & obſervata, referri poſſe putamus. De qvibus, ut & reliqvis omnibus Papiſtarum jejuniis, ſciendum, qvod ex mente & opinione ſeculi, meriti & ſatisfactionis vicem præſtiterint. Jejunia pro mortuis, qvæ ſeculo VIII in Eccleſiam fuêre introducta, ut teſtatur Heinſ. Kirchen Hiſt. 1ſter Th. pag. 1031, utrum apud Islandos in conſvetudinem etiam venerint, pro certo dicere non habemus, cum nullum in antiqvis hiſtoriis, hujusmodi exemplum nobis videre contigerit; interim tamen

ſpectivè univerſalia, mitiora & ordinaria. Sic enim de jejunio feriarum triduanarum lex Eccleſiaſtica: Enda faſta einmælſt þeir menn, ſem til løgføſtu eru taldir; rett er at hafa hvítann mat at qvølldi; id eſt: *Et quidem per alteram prandendi vicem jejunandum eſt illis hominibus, qvi legitima obſervare debent jejunia, per veſperem lacticiniis rectè veſcimur.* Per feriam autem Emolumenti ſolitariam diurnum, qvod eòdem recidit, jejunium injungit.

Interim hic probè eſt notandum, licet parem ſanctitatis gradum, his omnibus feriis tribuat lex eccleſiaſtica; ex ejusdem tamen præſcripto feriæ qvartæ, qvæ Adſcenſionem Domini proximè antecedebat, majorem qvam cæteris jejunii rigorem competiviſſe, qvem diei ſacræ in eam ſubinde incidentis ſanctitas nec penitus tollere, nec imminuere valebat; adeoqve nulla hic exceptio aut jejunii remiſſio, ut alias, locum habere potuit, qvod

men improbabile non eſt, talia jejunia cum inferiis hic qvoqve fuiſſe conjuncta. Neqve enim credere fas eſt, hujus ævi ſuperſtitionem qvidqvam in re tanti momenti omiſiſſe. His autem jejuniis, ſi Noſtratibus, ut opinamur, in uſu fuerint, inter ordinaria locum dabimus. De jejuniis Sagnføſtur vocatis inferius dicendi locus erit.

qvod ob inseqventis Festi dignitatem factum esse putamus, idqve seqvens Ecclesiastici Juris locus haud obscurè indicat; En ef ber á midviko dag í gagndegum meßodagana, þá skolo ver fasta sem ádr. Item: Logskyllt er at fasta dag og nótt fyri uppstigníngardag; id est: *Qvamvis in feriam qvartam hæc festa inciderint, nihilominus jejunabimus.* Item: *Per diem & noctem, qvæ adscensionem Domini præcedunt, ex legis præscripto jejunandum est* (e). Hinc itaqve liqvidò constat, jejunium feriæ qvartæ Emolumenti inter rigidiora esse numerandum, cum per integrum Nycthemeron cibo fuerit abstinendum, idqve in reverentiam & honorem festi seqventis insimul factum esse, qvod & plura id genus exempla uberius testantur (f).

§ 3.

(e) Hinc jejunii rigorem postea mitigavit Arnas Thorlaci Episcopus Schalholtensis, feria qvarta Emolumenti xerophagiam indulgendo. Vid. Juris Eccl. Arnæani Cap. 24.

(f) Talia fuerunt jejunia pridie festa Apostolorum, & nonnulla alia, de qvibus vide Cap. XV. Juris Ecclesiastici Antiqvi. Item sic Cap. XIV. Þvattdag fyri hvítadag er mannum skyllt at fasta nótt og dag; id est: *Die Saturni ante festum Pentecostes per nycthemeron jejunandum est;* idqve tantum ob dignitatem festi seqventis.

§ 3.

Tales ab initio apud Noſtrates fuêre ſæpius memoratæ Proceſſionis vel Emolumenti feriæ; nimirum ſemiſacræ, jejuniisqve deſtinatæ; qvando autem primum in Eccleſiam ſint introductæ, non ſatis liqvet. In jure qvidem Eccleſiaſtico antiqvo, earum primum mentio occurrit; ſed cum id demum Anno 1122 vel 23 compoſitum ſit, & in leges relatum, ferias iſtas, ut & complura alia feſta, qvæ iſthoc Jure recenſentur, Noſtratibus antea in uſu fuiſſe â vero non abhorret. Ad qvod verò potiſſimum tempus earum introductio referri debeat, tacentibus hac de re antiqvitatum monumentis, pro certo neqvit definiri. Nos interim in ea ſumus ſententia, qvod vel cum Epiſcopis peregrinis, qvorum nonnulli in Islandiam, anteqvam proprium nacta eſſet Epiſcopum (g), venerunt, vel â primo Islandorum

rum

(g) Epiſcopos nonnullos peregrinos in Islandiam eo tempore veniſſe, Sched. Cap. VII docet Arius Polyhiſtor; hos autem multa nova ad externum Dei cultum pertinentia ſecum ab exteris apportaſſe, indigenasqve edocuiſſe, conjectura non eſt improbabilis. Sed qvam triſtis & miſerabilis fuerit Eccleſiæ Islandicæ nuperrime plantatæ id temporis ſtatus & Conditio, cum per continuos 56 annos, proprio ſacrorum

rum

rum Præsule Isleifo Gissuris filio (h), vel deniqve ipsius filiò Gissure (i), earum usus sit importatus, qvamvis legitimam demum formam & normam, per Juris Ecclesiastici promulgationem, imò etiam novos cæremoniarum accessus, per succedentium Episcoporum statuta, acceperint.

Cap. VI.

De Cæremoniis inter Ferias Emolumenti observari solitis.

---

§. 1.

Præter jejunia & ciborum abstinentiam, qvæ præcedente capite descripsimus, varios qvoqve ritus

rum Antistite & inspectore careret, facile qvivis emunctæ naris homo mente concipere potest.

(h) Isleifum primum Islandiæ Præsulem, virum frugi, eruditum patriæqve utilem fuisse ex Schedis Cap. VIII discimus.

(i) Gissur Isleifi filius, vir optimæ notæ, legem decimationis, qvæ hodiedum inter Islandos obtinet, tulit, aliaqve plurima in melius mutavit, teste eodem Ario in Schedis Cap. IX. Hic & collega suus Jonas Ögmundinus, adscitis in deliberationem sacri ordinis viris, in comitiis fori gene-

ritus & cæremonias obſervatas fuiſſe deprehendimus, qvas ut jam tribus etiam verbis tangamus, inſtituti ratio exposcit. De his qvidem omnibus, altum in jure Eccleſiaſtico antiqvo eſt ſilentium, uude paucas vel nullas, ea tempeſtate his feriis annexas fuiſſe concludimus, ſed progreſſu temporis introductas & auctas, prout Papiſtica ſuperſtitio ſuos habuit acceſſus & incrementa. Nunc igitur, qvales illi ritus fuerint, paucis edocebimus.

§ 2.

Qvod ad Feriam Emolumenti vel Proceſſionis ſolitariam, qvæ in 25 diem Aprilis perpetuo incidebat, primum attinet, ſeqventia ſuperſtitioni dedita ætas accepit obſervanda. Præter ſacra in templis pro temporis ratione & more ſeculi peragi ſolita, qvilibet hoc die ſacerdos, librum & lumen manu geſtans, ſuasqve ſecum preculas muſſitans, alba non indutus tunicâ, totum cæmiterium circumire debebat. Circumeunti crux conſecrata aqva, & Lychnucus Elevationis, vulgo upp=

generalis anno 1107 de multis utilibus rebus conſultarunt, qvæ præcepta ſubditis ſuis injungerent, inter ſe conſtituentes, ut vita Jonæ manuſcripta teſtatur, unde nobis in opinionem venit, Synopſin aliqvalem Juris Eccl. hos tum Præſules compoſuiſſe, feſtaqve & ſacros ritus adornaſſe.

uppհallds-stika (a) præferebantur, universo, qvi tum aderat, cœtu Pastorem subseqvente, precesqve itidem murmurante. Præterea in cœmeterii summitate, septem cruces erigebantur, coram qvibus prætereuntes, summa cum devotione & observantia, sese incurvare & submittere debebant. Præter has publicas & solennes Processiones, qvas summa religiositate peractas fuisse, nemini dubium esse debet, aliæ ejusdem indolis, privatæ Nostratibus in usu fuere; qvilibet enim paterfamilias sacrum secum ferens ignem, cum universa, qvæ ipsum seqvi valebat, familiâ, extremos territorii sui fines circumire, ipsosqve cum omnibus, qvæ intra hos limites continebantur, hoc ipso die lustrare solebat (b).

(a) Uppհallds stika, vi vocis *Lychnuchum*, vel *contum elevationis* denotat; sic procul dubio dictum, qvod elevatis manibus gestabatur; de hujus forma & mystica significatione vid. Finni Johann. Hist. Eccl. Tom. 2. p. 360. Ubi id tantum observandum venit, pro ut ipse eruditissimus author nobis significavit, & res ipsa loqvitur, qvod hujusmodi lychnuchus, qvi intra templum heic loci cathedrale hodiedum visitur, non novem sed 13 candelabris constet, qvorum qvod in medio est, cætera altitudine superat, atqve proinde non mysterium Trinitatis, sed Christi & 12 Apostol. numerum repræsentaverit.

(b) Vid. F. Joh. Hist. Eccl. Tom. 2. p. 360-61, unde hæc desumta sunt.

§. 3.

Feriis porro Emolumenti triduanis iidem aut ſimiles admodum ritus competebant; Proceſſiones nempe publicæ & privatæ; feria enim qvarta, qvæ ſumma inter has obſervantia colebatur, publicæ proceſſiones, circumeundi initio facto â foribus templi, qvæ orientem ſpectabant, ad illas, qvæ occidenti erant obverſæ, iisdem, qvas præcedenti §pho depinximus, cæremoniis peragebantur (c); feriâ autem ſecunda ac tertia hujus ſeptimanæ proceſſiones privatæ adhibitæ ſunt, ut expreſſis verbis docet Jus Eccleſiaſticum Arnæanum. Annann dag viko og enn þridia gánga um bœ ſinn ok tún, med kroßum, vígdo vatni og bœnahalldi; hoc eſt: *Feria ſecunda & tertia hebdomadis* (qvilibet paterfamilias) *villam ſuam, agrosqve villæ adjacentes, cum crucibus, aqvâ conſecrata, & precum recitationibus circumito.* Idem, ubi de feria Emolumenti ſolitaria agit, crucium itidem mentionem facit, unde & nobis in opinionem venit, tales proceſſiones & ritus, vel ſub vel circa tempora Arnæ Epiſcopi,

(c) Vid. *Ludwig Harboes* Afhandling om Reformationen udi Island, i det Kiøbenhavnſke Videnſkabers Selſkabs Skrivter. Tom V. pag. 261.

pi, crescente indies lolio Papiſtico, introductos primum fuiſſe.

Cap. V.
De genuina ſignificatione & cauſis horum rituum.

§. 1.

Cæremonias iſtas, qvas præcedenti capite recenſuimus, ſiqvis æqvâ mentis trutina ponderare, ſuaqve indole velit metiri, frivolas qvidem nec caſſâ nuce emendas judicabit. Sed ſi easdem ex Papicolarum mente & opinione æſtimemus, inter præcipuos cultus, & pietatis exercitia, locum iis dare non dubitamus.

Cumqve memoratæ Emolumenti feriæ eum duntaxat in finem eſſent inſtitutæ, ut omne genus mala averterentur, bonorum verò omnium cumulus viciſſim arceſſeretur, ſingulas iſtas cæremonias, utpote mira efficacia & viribus inſtructas, huicqve fini & ſcopo obtinendo potiſſimum inſervientes, præ cæteris non abs re adhibitas eſſe conſtat, idqve jam deinceps breviter enarrandum.

§. 2.

Ab ipſis ergo proceſſionibus, qvæ principem hic locum ſibi vindicant, ut ordiamur, Eccleſiæ Papiſticæ in magno ſemper pretio eas fuiſſe conſtat, nec ſolum ad ſplendorem & pompam, ſed & efficaciæ ſuæ cauſa adhibitas. His enim omnia mala â domibus, templis, agris & finibus depelli, largam vero viciſſim bonorum meſſem arceſſi, credula ſibi perſvaſit ſuperſtitio. Fuere autem proceſſiones Papiſtarum duplicis generis, aliæ ſc. merè ſacræ, aliæ autem ſacro-civiles. Illæ ad rem divinam ſpectabant (a), hæ autem etiam ad honorem & reverentiam magni nominis viris exhibendam adhibitæ ſunt (b). Utrasqve id

(a) Proceſſiones ſacræ plerisqve ſummis feſtis, ut & Dominica Palmarum, ſolennitatis cauſa adhiberi conſveverunt, itemqve in exhumatione & Apotheoſi Sanctorum, cujus generis proceſſiones cum maximo apparatu & ſacra pompa fiebant, ut inter alia edocet vita Jonæ Ögmundini, ut et Thorlaci Sancti, ſolennitates inter eorum Canonizationem adhibitas prolixè deſcribens.

(b) Hujus modi proceſſionis mentionem facit vita Tryggvini Part. I. Cap. XCIII. p. 100, referens abbatem qvendam intra inſulas Syllingas (nautis Sorlings) Hiberniæ adjucentes, cum Monachis omnibus, ordineqve eccleſiaſtico, magno apparatu, ſolenniqve Proceſſionis ritu, Regi Olao obviam venerabundum proceſſiſſe.

Tali

id temporis non infreqventes fuisse, Nostratium passim monumenta testantur. Processiones circulares, de qvibus hic nobis potissimum sermo est, qvæqve prædictis emolumenti feriis, adhiberi solitæ sunt, ad mere sacras pertinebant; juxta rectum autem Solis cursum, sive ab ortu ad occasum semper institui consveverunt, qvod sic peractæ præsentissimum arcendi mali remedium esse putarentur, non secus ac è contrario præposteri circuitus plurimam nocendi vim habere credebantur (c).

Tali qvoqve Processionum honore excipi solebant nostrates Episcopi cathedras primum adeuntes, nec non ad monasteria â Clero, eum in finem intra sedes episcopales tum congregato; qvod si omitteretur, ut aliqvoties usu venisse legimus, pro certissimo contemptus & offensæ signo habebatur, ut ex vita Laurentii Mscr. satis apparet.

(c) Tales obambulationes sive circuitiones adversus solis cursum institutæ, veneficis, aliqvid mali machinantibus, admodum familiares fuêre, unde hujusmodi exemplis antiqvæ scatent historiæ; qvorum unum alterumve ex multis adscribere libet. De Venefica qvadam nomine Groa sic loqvitur *Vatnsdæla* Cap. 33. Þegar sól var undirgeingin, sá saudamadr Gróu, at hún kom út, og geck andsælis um sín hús. hún horfdi uppá fiallit, og veifdi dúk þeim er hún hafdi knýtt í gull mikit, er hún átti, og mællti: Fari nú hvat sem búit er. Sidan geck hún inn, og let aptr

§ 3.

Inter Processiones istas porro adhibita aqva consecrata, cruces & lumina, qvorum omnium in re divina, ut & alias ea tempestate, non infreqvens usus. Aqvæ consecratæ insignem lustrandi purgandiqve vim tribuebant, se suaqve omnia eâdem adspersuri (d). Qvantam in abigendis malis

aptr hurdina; hliöp þá skrida á bæinn, og böll allir menn og hún siálf; id est: *Post solis occasum opilio vidit Groam egressam, villamqve adversus solem circumeuntem; hæc intentis in montem oculis, linteum, cui annulum, qvem possidebat, innodaverat, vibrabat, in ista erumpens: ruat nunc qvicqvid in expedito est. Deinde ingressa, fores occludebat. Tunc autem illuvies villam invadens, omnes, qvi intus erant homines, ipsamqve oppressit.* Alterum ejusdem farinæ Gretteris vita exhibet Cap. 85, de venefica qvadam Thurida, Thorbiörni Hami nutrice. Kerling geck ösug og andsælis um tred, med mørg røm ummæli; id est: *Vetula retrogradô & præpostero gressu lignum circumiit, diras murmurans incantationes.* Hoc autem lignum ejectitium, Drangeyam postea delatum, Gretteri mortem maturabat, unde etiam manifestum est, præposteros hujusmodi circuitus, ex veneficorum mente, plurima nocendi vi polluisse, atqve ideò inter incantamenta non facile omissos fuisse.

(d) Qvantam virtutem aqvæ consecratæ tribuerint Nostrates, Sacris Papisticis addicti, complura evincunt exempla, præsertim Episcoporum Gudmundi Boni & Thorlaci Sancti, qvorum ille multa

malis cruci efficaciam adſcripſerint Papicolæ, vel mille probari poſſet exemplis (e). Hanc itaqve

 ut

multa mirabilia hujus aqvæ beneficio, per totam paſſim Islandiam effecit; hic vero etiam mures ſegeti noxios ex Videya profligavit; vide utriusqve Vit. Mſcr. Plura hujus farinæ plures ſuppeditant hiſtoriæ. Aqvæ conſecratæ uſum in Eccleſiam primum introduxiſſe perhibetur Alexander I. Epiſcopus Romanus, ineunte ſec. 2do. vide Heinſ. Kirchen Hiſtorie, 1ſter Th. Seite 659.

(e) Crucium venerationem cum ipſa ſtatim religione Chriſtiana in Islandia cæpiſſe, teſtatur Niáls ſ. Cap. CVIII. Valgardum cruces & ſancta ſimulacra in ædibus filii ſui Mördi poſita, præ odio & deteſtatione Chriſtianismi, fregiſſe memorans.

Harum religioſa obſervantia progreſſu temporis majora indies cepit incrementa. Inter alia Jonas Ögmundi in mandatis dedit, ut qvilibet mane & veſpere cujusvis diei, ſi templum præſto non eſſet, crucem freqventaret, preces ſuas ante eam recitans; itemqve ut qvilibet in ſui ipſius cuſtodiam ſignum ſanctæ crucis domi ſuæ haberet, atqve hoc ipſo armatus, per integrum diem incederet. Vid. Hiſt. ipſius Mſcr. Sub ipſa deniqve Reformationis tempora, in apertam idololatriam crucium apud nos veneratio abierat, ut famigeratiſſimæ ejus, qvæ Kaldadarneſi erat, crucis publicus illa ætate cultus & adoratio oſtendit. Ad hanc enim ex omnibus inſulæ partibus indigenæ certatim confluebant, adverſus morbos & qvæcunqve alia mala remedium qvæſituri.

Cruces

ut publicas privatasqve calamitates depelleret, hic etiam antidoti inſtar adhibuerunt. Lumen deniqve magna virtute & efficacia pollere exiſtimabatur, non ideo ſolum, qvod ſplendore ſuo tenebras propulſaret; ſed etiam qvod ardentem cordis pietatem exprimeret, evidens inſuper æter-

næ

Cruces etiam ſuper tumulis defunctorum erigere aut formare moris erat, ea tamen cautela, ut non facile poſſent conculcari, qvod ob venerationem tam ſanctæ rei nefas habebatur. Sic enim hac de re Conſtitutio Jonæ Haltoris Epiſcopi Schalholtenſis: Item (bannadi hann) at yfir einſkis andads mans leidi giøriz edr pentiz kroſſar á Jørdu edr ſteinum, til þeſs at þeir fót-trodiz; ɔ: Item, *ſuper ullius defuncti tumulo, in terra aut lapidibus, cruces, ut conculcarentur, formari aut pingi vetuit.*

In honorem Crucis bina qvotannis feſta celebrari ſolebant; qvorum prius, nempe Inventionis Crucis, in 3 diem Maji; poſterius autem, in memoriam ſc. Exaltationis crucis in 14 Septembris incidebat. Hæc ſuperſtitioſa crucis veneratio tam altas apud nos radices egerat, ut in dubium vocari poſſit, utrum hodie penitus ſit exſtirpata. In noſtra enim memoria moris adhuc erat, ut materfamilias qvovis veſpere, cum cubitum irent domeſtici, fores villæ propria manu occludens ſigno crucis muniret, qvod & benè multi, mane domo egredientes hodiedum obſervant, cruce ſe ipſos ſignantes, ſed hæc ſanctæ ſimplicitati, qvam ſuperſtitioni tribuenda eſſe exiſtimamus; conſvetudo autem pecora inuſto crucis ſigno notandi, qvam nonnulli tenent, damnanda prorſus videtur.

næ lucis, ipſiusqve ſalvatoris ſymbolum (f). In cæmeterii ſummitate ſeptem cruces, vel ob numeri

 ſep-

(f) Candelarum, imprimis cereorum, in Eccleſia Noſtratium Papiſtica freqvens admodum erat uſus. 1) In Baptismo, ceu patet ex Statuto Epiſcopi Arnæ, ſupra â nobis allegato: og ſá kerti logandi í hønd; id eſt: *Paſtor* (baptizato infanti) *ardentem candelam in manus tradat.* 2) In adminiſtratione ſacræ Cænæ, ut idem Statutum teſtatur: og ſe klykt til þeſs jafnan og halldit á logandi vax-kerti hiá Preſtinum; ɔ: (anteqvam Corpus & Sangvis Domini elevantur) *ſignum detur campanâ, cereusqve lucens apud ſacerdotem elevetur.* 3) In inductione puerperarum in Eccleſiam, ut Magni Giſſuris Statutum habet, ſuperius qvoqve allegatum: manna konur ad eins ſkal í kirkiu leida med logandi lióſi, þær born eiga vid bónda ſínum, enn allar adrar med eingu kerti; id eſt: *Maritatæ ſolum mulieres, qvæ ex propriis maritis liberos pariunt, cum ardente Candelâ in Eccleſiam introducuntor; reliqvæ vero omnes, nulla adhibita candelâ.* Qvi ritus etiam obſervari debuit, ſi puerpera ante introductionem e vivis excederet, jubente ita Arnæ Epiſcopi conſtitutione: ef ſú kona andaz fyrr enn hún er í kirkio leidd, er barn átti vid bónda ſínum, þá ſe leidd kona í kirkio fyrir líkinu med logandi lióſi; id eſt: *Siqva mulier, qvæ ex marito ſuo peperit, ante introductionem in Eccleſiam deceſſerit, alia mulier cum lucente candela ante funus in templum introducatur.* 4) Inter Proceſſiones in exhumatione ſanctorum, tot lumina adhibebantur, qvot templum capere potuit, ut in Apotheoſi Jonæ Ögmundini, & Sancti Thorlaci factum eſſe, Vitæ ipſorum memorant; Tumqve etiam præſens clerica-

ſeptenarii perfectionem, vel ad ſeptuplicia ſpiritus ſancti dona exprimenda, ſunt erectæ, habito forte inſimul reſpectu ad ſeptiformes litanias vel proceſſiones, â Gregorio Magno inter has ferias primum inſtitutas, de qvibus plura inferius dicendi locus dabitur (g).

§. 4.

ricorum turba candelas manibus geſtans, ad tumulum proceſſiſſe perhibetur, nec mirum, cum lumina ad funera vel ſepulcra conſpecta, talium indigetum ſanctitatem primum plerumqve prodiderint. Hinc etiam ad ſanctorum reliqvias, ſcrinio incluſa lumina haud raro collocabantur, qva itidem de cauſa in vita ſancti Thorlaci & aliorum ſanctorum toties legimus, ipſorum opem implorantes, nunc ad certam portionem ceræ, nunc ad candelam eis offerendam, voto ſe obſtrinxiſſe. Omittemus hic crebrum inter vigilias luminis uſum, itemqve ad defunctorum funera, qvæ conſvetudo hodiedum retenta ſuperſtitioſè â nonnullis obſervatur. Ad tot autem tantasqve in lumina expenſas aliqvatenus ſublevandas, tributum ſebaceum ſeu penſionem in candelas, vernaculâ Lioſtoll, indictum fuiſſe, non eſt qvod magnopere miremur.

(g) Numerus ſeptenarius pro perfectiſſimo ſemper eſt habitus, nec raro in ſcriptura ſacra occurrit; hunc ergo præ cæteris adhibuiſſe Papicolas, non eſt qvod magnopere miremur. Ad ſeptemplicia qvoqve dona Spiritus Sancti, ſimulqve ſeptenarium dierum hebdomadis numerum eos reſpexiſſe, non eſt improbabile; in eamqve opinionem nos trahit Author Blandæ Cap 15. hunc

§. 4.

Ignis ob eximiam ſuam virtutem & uſum in magno ſemper pretio habitus eſt. Hunc nonnullæ gentes Numinis loco coluerunt (h). In nuptiis apud priſcos Romanos adhiberi conſvevit, ejusqve inter exeqvias apud complures gentes freqvens olim uſus (i). Hunc etiam certis precum

hunc in modum verba faciens: Svo ſegir Jeronimus Preſtr, at VII dága talan merki VII giafir hins helga anda. Merkir drottinsdagr ſpeki-anda giøf, annar dagr í viku ſkilníngar anda giøf, þridi dagr merkir ráds anda giøf, fiórdi dagr ſtyrktar anda giøf, fimti dagr vits anda giøf, ſetti dagr milldi anda giøf, ſiøundi dagr Gudhrædſlu anda giøf. Hoc eſt: *Sic Hieronymus Presbyter aſſerit, numerum ſeptenarium dierum ſeptem dona Spiritus Sancti ſignificare. Dies Dominica indicat donum ſpiritus ſapientiæ, feria ſecunda hebdomadis, donum ſpiritus intelligentiæ; feria tertia ſignificat donum ſpiritus conſilii, feria qvarta donum ſpiritus fortitudinis; feria qvinta donum ſpiritus ſcientiæ; feria ſexta donum ſpiritus gratiæ; feria ſeptima donum ſpiritus timoris Dei.*

(h) Iginem Numinis vice habuerunt Magi & Samogetæ, Heinſ. Kirchen Hiſt. 2ter Th. Seite 68. idem qvoqve de priſcis Danis ſentit Barthol. Antiqvit. Dan. Lib. 2. Cap. 2. pag. 272.

(i) Vide Roſin. Antiqvit. Rom. pag. 18 - 26 & Barthol. Antiqvit. Lib. 2. Cap. 2. Ubi cum Scheffero putat Septentrionales ideo defunctorum corpora cremaſſe, qvod animam ex eorum mente igne-

precum formulis consecrare solebant Papistæ, unde novas qvasi vires acqvirens, pro præsentissimo adversus omnifaria mala alexipharmaco habebatur. Qva ergo mente & consiliô patres-familias territorii sui fines, ignem secum ferentes circumierint, neminem latere posse putamus, ut nimirum agrorum suorum limites, & qvæcumqve iis contenta, ab omni lue & exitio præservarent (k).

Cap.

igneam, igne mediante, ad Deorum consortium moveri crediderint; sicut ê contrario in aqvis interire; unde & tale mortis genus pro infelicissimo habitum, proverbio locum dedit, *miserum est in aqvis perire*, cui nostrum illud respondet: vesæll er vatnsdaudi. Ad qvod forte alluserunt Papistæ, candelas inter excommunicandum aqva suffocantes. Hinc etiam profluxisse videtur, qvod veteres ethnici mortuorum tumulis ignem & lumina adscripserint, ut antiqvæ passim Historiæ testantur.

(k) Insigne rei hujus exemplum nobis suppeditat Christni-saga Cap. 2. p. 14. Þar kvamo berserkir tveir, er Haukr het hvarrtveggi, þeir bndu mønnum kúgan og gengo greniandi og ódu ellda. Þá bádu menn Biskup at hann skyldi fyrikoma þeim; eptir þat vígdi Biskup elldinn, ádr þeir ædi, og brunnu þeir þá miøg; id est: *Huc duo Berserki advenerunt, qvorum utriqve Haukus nomen erat. Hi alios homines vi cogebant, rudentes incedebant, ignesqve transibant; tum vero rogatus Episcopus, ut ipsos è medio tolleret, anteqvam* trans-

Cap. VI.

De Feriarum Emolumenti prima institutione in Ecclesia Romana, ritibusqve annexis.

§. 1.

Ferias emolumenti non solum in Islandia, sed & aliis regionibus Romano-Catholicæ religioni addic-

transirent, ignem consecravit; qvo facto magnoperè ambusti sunt. Hoc autem consecrato igne, non solum in extraordinariis magniqve momenti rebus, utebantur, sed etiam vulgari & familiari foco eum qvotidie adhibebant, â sacerdotis manu, qvi eum qvoqvis Parasceve Paschatos consecrare solebat, accipientes, summaqve diligentia, non secus ac sacrum Vestæ olim Romani servantes. Hæc autem ignem consecrandi consvetudo vel â Judæis vel ab Ethnicis profluxisse videtur; mos vero ignem circum agros gestandi apud majores nostros sub Papatu, unde primum profectus fuerit, pro certo dicere neqvimus.

Ab ipsis Islandiæ Aboriginibus siqvis deducere velit, non multum refragabimur, facem hic præferente Landnama, qvæ toties docet primos Islandiæ incolas jus agrorum & territorii ignis circumgestatione sibi acqvisivisse, licet diversa aliqvantum ratione, ut ex seqventibus patebit. Sic inter alia de Helgio Macro Part. 3. Cap. 12. p. 107. En um sumarit kannadi hann

addictis, celebratas fuiſſe nemini dubium eſſe de. bet. Neqve enim credere fas eſt, Præſules no-
ſtros

hann herad allt ok nam allann Eyafiörd millum Siglunesz og Reinisnesz, ok giørdi elld mikinn vid hvørn vatns ós vid siô, ok helgadi ſer ſvo allann fiord nesia á millum; id eſt: *Æſtate vero totum territorium peragravit, univerſum Eyafiördum inter Siglunefum & Reinisneſum occupans; ignem vero ingentem apud cujuscunqve amnis oſtium, ad mare ſuſcitans, totum ſinum inter utrumqve promontorium ſibi vindicavit.* Item Part. 5. Cap. 3. p. 153. De Jörundo Curione ſive Prætore. Biór einn lá ónuminn fyrir veſtan flót, millum Kroſſár og Joldufteins, um þat land fór Jorundr elldi, og lagdi til hoffins; hoc eſt, *Lingula qvædam* (ſeu *exigua portio terræ*) *ad occidentalem fluminis ripam ſita erat, inter amnem Kroſſá & Jolduſteinum, nondum occupata. Hoc territorium Jörundus igne circumivit, fanoqve adjecit.* Porro Part. 3. Cap 8. p. 99. Þá felldi Önundr blótſpán til at hann ſkylldi verda vís, hvenær Eyrikr mundi til fara at nema dalinn. og vard þá Önundr ſkiótari, og ſkaut med tundr=ør lyfir ána, og helgadi ſer ſvo landit fyrir veſtan; id eſt: *Tunc Öuundus per ſacrificandi ritum Deos conſuluit, ut de adventu Erici vallem occupaturi certior fieret, qvem tum etiam Önundus ignitum telum trans amnem jaculando, præveniebat, vallem ab occidentalis amnis latere, ſuis hoc pacto uſibus conſecrans.* Deniqve Part. 5. Cap. 1. p. 148. Þeim mønnum, er ſidar komu út, þóttu hinir numit hafa of mikit land ok of vída er fyrr kvamo, enn á þat ſætti Haralldr Kóngr þá hinn Hárfagri, at einginn ſkylldi vídara nema enn hann mætti elldi yfirfara á degi med ſkipverium ſínum, hann ſkylldi elld
giøra

ftros, nullo ad exterarum gentium morem habito

giøra, þá er sól væri í austri, þar skylldi giøra adra reyki, svo at hvera sæi frá ødrum; en þeir elldar er giørsir væri, þá er sól væri í austri, skylldi brenna til nætur, sídan skylldi þeir gánga til þess at sól væri í vestri og giøra þar adra ellda; id est: *Illis hominibus, qvi serius ab exteris in Islandiam venerunt, ii qvi prius appulerant, nimiam terræ portionem, nimisqve multis locis occupasse videbantur, qvos Rex Haralldus Pulchricomus ea lege in concordiam redegit, ut nemo majorem terræ partem, qvam ut eandem cum sociis suis navalibus, diurno spatio ignem secum gestans posset peragrare: Sole in oriente constituto* (hora ante meridiem sexta) *ignes accenderentur, fumusqve excitaretur, ut unus ab altero conspici posset. Ignes autem sole in oriente constituto accensi, ad noctem usqve arderent. Ignibus autem accensis occupantes territorium peragrarent, donec sol in occidente luceret* (hora scilicet post meridiem sexta completa), *aliosqve ignes ibidem accenderent.* Ex his, qvæ jam recensuimus, exemplis discimus, Aborigines nostros jus & possessionem territorii per ignem sibi acqvisivisse, qvamvis diversa aliqvantum ratione, nunc sc. agros cum igne ad rectum solis cursum circumeundo, nunc illum pro natura & situ locorum hic illic accendendo, nunc eundem qvocunqve demum modo agris inferendô, ut nuper allatum Önundi exemplum testatur, qvi jaculo saltem ignito territorium sibi vindicavit. Tamqve ratum & immotum jus illud habitandi igne acqvisitum habebatur, ut nemo id facile rescindere aut violare potuerit, aut ausus sit.

Patet hoc inter alia ex vita *Vigaglumi* impressa Cap. 26. p 234. Hún (Halldóra) kom til Þverár,

bito respectu, sacra sua & cæremonias ad pro-

prii

ár, qvaddi Glúm og mællti: Sittu heill Glúmr, en ecki er her nú leingr at vera, komit hefi eg nú elldi á Þverárland, og giori eg þig á burt með allt þitt, og er nú helgat landit Einari syni mínum; hoc est: *Illa* (Halthora) *ad prædium Thvera veniens*, *Glumum his verbis salutavit*: *Sede sospes Glume. Non vero est*, *qvod hic amplius maneas*; *ignem enim in territorium Thveraense nunc intuli*; *qvocirca te tuaqve omnia hinc facessere jubeo*, *nam usibus filii mei Einaris hoc jam dicatum est territorium.* Qvod ut eo planius evadat, sciendum est, Glumum partim mulctæ nomine, partim per abalienationem, jus & possessionem prædii Thveraensis sibi abdicasse. Cum vero ultima jam ageretur migrationum dies, Glumusqve nondum discessisset, Halthora Enaris mater, inani forte & muliebri metu, verita ut Glumus judicio & pactis esset staturus, ad hanc extremam qvasi & in tali casu necessariam rationem confugiebat. Nec sua Halthoram spes fefellit; Glumus enim audito, ignem agro Thveraensi ab ipsa importatum esse, protinus surrexit, vetulamqve ista effutientem, malis omnibus prosecutus, prædio relicto, abiit, nihil qvippe habens, qvod suæ tergiversationi amplius patrocinari posset. Hinc tanqvam novum qvid & inauditum factum *Skefilis* cujusdam his verbis refert Landnama Part. 3. Cap. 6. p. 96: en á meðan Sæmundr fór elldi um landnám sitt, þá nam Skefill land allt fyrir útan Sandá, hann tók þat af landnámi Sæmundar at óleyfi hans og let Sæmundr þat sva búit vera; id est: *Sæmundo habitationi suæ limites*, *igne circumscribente*, *Skefill universum territorium ultra amnem*

Sandâ

prii cerebri nutum, primitus instituisse. Sed multo

Sandá sibi vindicavit; id vero ex occupatis jam Sæmundi agris, ipsoqve inconsulto, sibi adscripsit, qvod Sæmundus inultum præteribat. Factum hoc Schefilis, tanqvam enorme prorsus, illegitimum & intolerandæ audaciæ hic memoratur, Sæmundiqve vicissim vel inertia vel nimia indulgentia, qvod tantam injuriam exseqvi neglexerit, facile culpatur. Nec contra hoc territorii jus, qvod igne acqviri consvevit, exemplum illud qvicqvam valet, qvod nobis exhibet Hænsa-Þóris Saga de incendio Blundketelli sic verba faciens: Þeir komu fyrir dag til Bæjarins (Ørnólfsdals) voru þá fallin øll hús í heimabænum, nú rídr Oddr at húsi einu, er ei var allt brunnit, ok kippir ofan rafti úr húsinu, rídr sídan andsælis um húsin med logandi brandinn, ok mællti, her nem ek mer land fyrir því, at her kalla eg eigi byadann bólstad, ok heyri þat vottar þeir er hiá eru; hoc est: *Ante lucem ad prædium* (Örnolfsdalum) *venerunt; tum verò omnes, qvæ villam constituebant ædes, igne conflagrarant. Deinde Oddus domum qvandam, incendio nondum penitus absumtam adeqvitat, sudem qvendam betulaceum inde arripiens; Postea villam circumeqvitat, contra rectum solis cursum, ardentemqve titionem manu gestans, in hæc erumpit: hic mihi agrum habitandum deputo, meo qvippe judicio incultum; eos, qvi adsunt, testes voco.* Hoc autem Oddi factum pro irrito habuit *Herstenus Blundketelli* filius, qvod nec mirum videri debet, cum non tantum ex malo animo & dolo provenerit, sed etiam juri & æqvitati ê diametro repugnarit; nam etsi villa cum Domino, præter fas & æqvum, in cineres esset redacta, jus tamen patrimonii, eam ex favillis restaurandi atqve inhabitandi, nulla ex parte immi-

magis in his plerisqve ad archicathedræ, ad qvam id

imminutum, ad *Herstenum Blundketelli* filium, non ad *Oddum*, unice pertinebat; cujus præpostera circa exustam villam eqvitatio, præposteram & illegitimam sibi aliena vindicandi rationem simul arguebat. Sed nec ignis perpetuo in tali agrorum occupatione adhibitus est, qvod etiam aperte indicat Landnama, specialem qvandam occupandi legem mulieribus præscriptam fuisse memorans, ut nimirum tantum agri spatium sibi vindicarent, qvantum bimulam juvencam secum ducentes, vernali die ab ortu solis ad occasum possent circumire, vide Part. 4. Cap. X. p. 141. Sic etiam Part. 3. Cap. XX. p. 124, refert *Enarem* qvendam *Torf-Enaris* Orcadensium Comitis ex filia nepotem, binosqve fratres germanos *Vestenum* & *Vemundum*, securim, aqvilam & crucem, diversis locis erigendo, habitandi limites sibi determinasse, ea forte mente & consilio, ut aqvila jus & dominium territorii, securis promptam ejusdem per arma defensionem, & crux deniqve tanqvam sacrum religionis insigne (fuerê enim haud dubie saltem nomine tenus christiani), ratum & inviolabilem acqvirendi modum significaret. Sed è diverticulo in viam: Talem igitur, qvæ per ignem fiebat, occupationem, non tantum, ut actum qvendam civilem & legalem, sed etiam tanqvam sacrum & solennem, æstimandum esse opinamur, præsertim cum nobis non constet, qvo pacto ævi istius prona in injurias & rapacitatem violentia cohiberi potuisset, nisi religionis frenum obstitisset, qvò minus unus alterius fundos ad se raperet. Hanc itaqve unicam & sufficientem rationem fuisse existimamus, cur veteres in agrorum occupatione ignem potissimum

id temporis spectabant, mores & exemplum se accommodasse (a). Qvod eò minus in dubium

 potest

mum adhibuerint, ut sc. jus suum acqvirendi sanctum & inviolabile hoc modo efficerent, unde & necessario seqvitur, qvod ignem sacra qvadam & divina virtute pollere crediderint; qvam opinionem eximia ejus natura, summaqve in re œconomica utilitas, eorum animis facile potuit ingenerare. Qvemadmodum autem ignem in agrorum occupatione circumgestarunt Islandiæ aborigines, ut plenum sibi jus & dominium, qvod nemo infringere posset, hoc modo acqvirerent; ita posteroris ævi homines, majorum suorum exemplo, in agrorum lustratione eundem adhibuisse â vero non abludit, præprimis cum in hac ipsa fuerint opinione, qvod nimirum ignis consecratus, singulari qvadam, ne dicam divina virtute, esset instructus. Siqvis interim praxin hanc Nostratium ab exteris deducere, atqve at Anglorum *Nood fyr* vel *Need-fyr* ejus natales referre mavelit, ita tamen, ut ad priscum illum Aboriginum morem simul respexerint, non multum refragabimur. Refert scilicet Lindenbergius homines rusticos festo St Johannis palo, qvem è sepimento extraxerant, funem circumligasse, ac traxisse huc illuc, donec ignem conciperet, eum stipula & sarmentis fovisse, cineres vero super olera sparsisse, eò qvod putarent hoc pacto erucas abigi, ac propterea hunc ignem Nod-fyrs seu *ignem necessarium* nuncupasse, qvi & alio nomine St. Johannis *Fyr* vocatus est. Vid. Vossium de vitiis sermonis Lib. II. Cap. XIII. p. 251.

(a) Ecclesia Islandica, qvoad res ecclesiasticas, primum ab Archicathedra Bremensi, ab Anno scilicet

poteſt vocari, qvò luculentius ea de re ipſius Juris Eccleſiaſtici teſtimonium habemus, legis hujus conſtitutionem conſilio & auſpiciis Aſſeris Archiepiſcopi Lundenſis adſcribentis; qvæ cum inter alia de feriis Emolumenti etiam agat, manifeſtum eſt, legalem earundem in Islandia inſtitutionem Archicathedræ Lundenſi ſuam debere originem. Sed qvando & ubi in Eccleſiam primum fuerint introductæ, breviter & ſuccinctè edocebimus.

§. 2.

Ad feriam ergo Emolumenti ſolitariam qvod attinet, inſtituta hæc primum fuiſſe perhibetur â Gregorio Magno Epiſcopo Romano, qvi alias vir pius & eruditus, ob tot ſuperſtitioſorum rituum in Eccleſiam importationem, cæremoniarum parens vulgo appellatur; vixit autem ſeculo poſt natum chriſtum VI.

Occaſionem vero hujus inſtitutionis, graviſſimam peſtem ingvinariam Romæ graſſantem, qvæ complures ſubito necabat, fuiſſe referunt. Hæc

licet 1056 usqve ad annum 1138 dependebat; deinde ab Archicathedra Lundenſi ad Annum 1152. Tandemqve ab Archicathedra Nidroſienſi, â prædicto anno usqve ad Reformationem.

Hæc feria triplici nomine insignitur; dicitur enim nunc Litania major, nunc Processio septiformis, & nunc deniqve Cruces nigræ, qvæ omnia suo non carent fundamento (b). Ad ritus & cæremonias huic feriæ annexas qvod attinet, Processiones, qvæ tunc fiebant, per septem ordines dispositæ sunt, certis personis cuiqve ordini adscriptis. Litaniæ septies dici debebant, anteqvam insignia deponerentur. In signum mæroris ex tanta hominum strage profecti, simulqve in evidens pænitentiæ argumentum, nigris vestibus induebantur, crucesqve & altaria, ob eandem forte causam, saccis cilicinis velabant.

(b) Dicitur Litania major in respectu ad minorem, idqve tres potissimum ob causas: 1) Qvia â majore persona, nempe Episcopo est instituta. 2) ratione loci, in qvo instituta fuit, nempe Roma, qvæ est domina & caput mundi. 3) Ratione causæ, qvia pro magno & gravissimo morbo est instituta. Processio septiformis dicitur, qvia processiones tum adhibitæ per septem ordines dispositæ erant, in primo ordine omnis erat clerus; in secundo omnes Monachi & religiosi; in tertio sanctimoniales; in qvarto omnes infantes; in qvinto omnes Laici; in sexto omnes viduæ & continentes; in septimo omnes conjugatæ. Cruces Nigræ â velaminibus istis nigris nomen traxerunt. Vid. de his omnibus Hist. Lombard. Fol. LXII.

§ 2.

Ferias Emolumenti triduanas, qvæ festum adscensionis proximè antecedebant, â Mamerto Episcopo Viennensi seculo Vto, & qvidem anno 446, vel ut alii volunt 458 institutas esse perhibent. Causæ autem hujus institutionis tres afferuntur. 1) Scilicet freqventes & maximi apud Viennam terræ motus, domos & Ecclesias subvertentes. 2) Ipso Paschatos die regium palatium de cælo tactum conflagravit. 3) Lupi & aliæ feræ, permissu divino, â Dæmonibus obsessæ, non solum per vias & civitatem discurrebant; sed & passim pueros & senes, viros & fæminas devorabant. His tam diris casibus permotus Episcopus triduanum indixit jejunium, litaniamqve instituit, præsentem hac devotione malo medicinam paraturus (c). Nec rituum hic defuit religio; Processio nempe generalis, in qva crux ferebatur, campanæ pulsabantur, vexillumqve portabatur (d). In qvibusdam etiam Ecclesiis,

(c) Hæc disertè memorat Hist. Lomb. Fol. LXII. unde ista mutuati sumus.

(d) Cæremoniarum illarum hanc rationem reddit Hist. Lomb. loco citato: " ideo autem ibidem crucem referimus & campanas pulsamus, ut dæmones territi fugiant. Nam sicut Rex in suo exer-

fiis, præfertim Gallicanis, ea confvetudo invaluit, ut draco qvidam cum longa cauda & inflata, plena fcilicet palea vel aliqvo tali, duobus diebus primis ante crucem, fed tertio cum cauda vacua, poft crucem deferretur (e). Qvæ omnia myfticum fuum fenfum & fignificationem habuere.

exercitu habet infignia regalia, feu tubas & vexilla; fic Chriftus Rex æternus in Ecclefia fua militanti habet campanas pro tubis, & cruces pro vexillis. Et ficut aliqvis Tyrannus valde timeret, cum alicujus Regis potentis & fibi inimici tubas in fua terra audiret, & vexilla videret; fic dæmones, qvi funt in ifto aëre caliginofo, vehementer metuunt, cum tubas Chrifti feu Campanas pulfari fentiunt, & vexilla & cruces afpiciunt. Vexillum autem ibidem defertur, propter repræfentandam victoriam Refurrectionis, & victoriam Adfcenfionis Chrifti, qvi cum magna præda cælos adfcendit. Deinde per aëra vexillum incedens, eft Chriftus in cælum adfcendens, & ficut vexillum, qvod in proceffione defertur., multitudo fidelium feqvitur, fic Chriftum adfcendentem magna collectio fidelium comitatur.„ Plura ejusdem farinæ hic adfcribere piget.

(e) Hujus ritus fignificatio etiam Heraclito rifum movere poffet. Id autem turgida Draconis cauda primis diebus ante crucem portata denotabat, qvod in primo die ante legem, & in fecundo fub lege, diabolus in hoc mundo regnavit. Tertio autem die draco cum vacua cauda poft crucem ferabetur, qvod in tertio die fc. gratiæ per paffionem Chrifti ê regno fuo expulfus fuit.

De his Feriis in Concilio Moguntino poſtea concluſum fuit, ut per eas â carnium eſu omnes abſtinerent, nec ſplendidis veſtibus, ſed ſacco & cinere induerentur, vino ſe non ingurgitarent, nec eqvis veherentur, ſed nudis incederent pedibus, pro peccatis ſuis, peſtilentia, pace terræqve fæcunditate litanias canentes (f).

§ 4.

Hæc triduana feſtivitas triplici qvoqve nomine gaudebat; aut enim Litania minor, aut Proceſſio, aut deniqve Rogatio dicta eſt; qvæ appellationes ſuas itidem habent cauſas (g). Ex his autem, qvæ dixi-

(f) Hæc ſtatuta Concilii Moguntini ex Hildebrando de diebus feſtis p. 61-62, exhibet Arneſ. Island. Retterg p. 88.

(g) Nominum ratio hæc eſt: Litania minor dicta eſt, ad differentiam primæ, qvia ſc. inſtituta eſt â minore Epiſcopo, in minore loco & pro minore morbo. Proceſſionis nomen his feriis impoſitum eſt, ob proceſſionem inter illas ſolenniter factam. Rogationes deniqve, qvod tum ſanctorum omnium auxilia erant imploranda, appellatæ ſunt. Qva de re non minus fæcundè qvam ſuperſtitioſè hunc in modum loqvitur Hiſt. Lombard. Author Fol. LXII. ſuperius allegato. Merito, inqvit, his diebus talis obſervantia ſervanda eſt, & rogationibus ſanctorum & jejuniis inſiſtendum multiplici ratione. Primo, ut Deus bella pacificet, qvæ in vere freqventius excitan-

diximus, nemini obſcurum eſſe poterit, qvo tempore & loco, qva occaſione, qvo deniqve conſilio & fine, toties memoratæ Emolumenti feriæ in Eccleſiam primum fuerint introductæ, ad publicas nimirum calamitates & incommoda avertenda; unde nec aliter debent æſtimari, qvam feriæ jejuniis, litaniis & ſupplicationibus, prout ſupra monuimus, deſtinatæ. Qvod ſi aliqvam in cæremoniis & ritibus diſcrepantiam hic deprehendamus, non eſt, qvod miremur. In his enim pro diverſa temporum & locorum ratione, Epiſcopi aliiqve Eccleſiarum antiſtites, ad proprium genium guſtumqve haud raro ſe accomodarunt;

citantur. Secundo, ut teneros adhuc fructus terræ conſervando multiplicet. Tertio, ut motus carnales, qvi hoc tempore magis fervent, in ſe qvisqve magis mortificet; in vere enim ſangvis magis fervet, & illiciti motus magis pullulant. Qvarto, ut at receptionem Sti. Spiritus ſe qvisqve magis habilitet; nam per tempus jejunii homo magis habilitatur, & per rogationes dignior redditur. Et nonnullis interjectis, ita porro pergit: ſunt autem & aliæ cauſæ generales, propter qvas Deus ordinavit, ut ſanctos oremus, ſcilicet propter noſtram inopiam, ſanctorum gloriam & Dei reverentiam. Has cauſas idem author, magno verborum pondere & apparatu, ut putat, ulterius enucleare, & ante oculos ponere conatur; qvæ cum hircum oleant, hic adſcribere non placet.

Interim tamen illi omnes ubiqve gentium ritus, qvamvis non nihil difcrepantes, ad unum eundemqve fcopum & finem tendebant. Sed unde demum præcipuæ cæremoniæ feriis Emolumenti obfervari folitæ originem traxerint, fi uno etiam verbo oftenderimus, lectori non ingratum fore exiftimamus.

Cap. VII.

De prima origine præcipuorum rituum Feriis Emolumenti fub Papatu obfervandorum.

---

§. 1.

Qvemadmodum de omnibus Pontificiorum cæremoniis, qvibus Ecclefiam ad naufeam usqve obruerunt, in genere dici poteft, qvod partim ab ethnicorum, partim verò Judæorum ritibus profluxerint, ita qvoqve de memoratis jam cæremoniis, qvæ inter ferias Emolumenti obfervari folebant, id ipfum jure affirmari poffe, extra omnem dubii aleam pofitum autumamus, cum utriusqve hic luculenta appareant indicia, qvæ omnia figillatim examinare, & â prima ftirpe repetere,

petere, operæ pretium non esse arbitramur; id tantum ostendisse contenti, qvo feriarum istarum & rituum conditores oculos potissimum intenderint.

§ 2.

Complura Papistarum festa ratione temporis Ethnicorum festis surrogata fuisse, sole merediano clarius est: in qvorum etiam censum feria Emolumenti solitaria referenda esse videtur. Hæc enim, qvantum ad tempus, cum antiqvis Romanorum Robigaliis â Numa Pompilio, ut Plinius testatur, primum institutis, omnino coincidit (a). Præcipui verò ritus & cæremoniæ huic diei, æqve ac feriis Emolumenti triduanis communes, ab Ambarvalibus & Amburbiis (b) gentis Romanæ videntur esse derivatæ, neqve enim ovum ovo similius esse poterit, qvod jam ulterius paucis est demonstrandum.

§. 3.

Fuere ergo Ambarvalia apud Romanos solennitates sacræ, in qvibus hostiæ Diis immolandæ

(a) Robigalia apud Romanos in diem Aprilis 25 incidebant. Erant autem sacra Deo Robigo celebrata, ne rubigo segetes corrumperet. Vid. Rosin. Antiqvitt. Roman. p. 374.

(b) Ambarvalia & Amburbia ideo dicta sunt, qvod arva & urbem eo die ambirent.

dæ circum arva ducebantur, omnesqve post clamantes seqvebantur, ex qvibus unus, qverna corona cinctus, cum solenni saltatione, composito carmine Cereri laudes decantabat; ac postqvam vino & lacte libassent, anteqvam fruges meterent, porcam Cereri immolabant. Inter has porro ferias unus qvisqve paterfamilias in agro suo fundi fines lustrare solebat, conceptâ precum formulâ, sibi, domui, familiæ, agrisqve Deorum favorem apprecans, qvam lustrationem copiose describit Cato de Re Rustica. Nec sacra hæc â privatis tantum celebrabantur, sed & ab ipsis Romæ incolis, fines agri Romani eodem modo lustrantibus, teste Strabone; cui sacro fratres arvales præerant, ad hoc ipsum delecti. Pari qvoqve ratione in Amburbiis sacris urbs & pomerium lustrabatur, hostiis circum urbis terminos ductis. Hæc autem â Pontificibus peragebantur, seqvente civium corona, qva de re ita Lucanus Lib. I.

Mox jubet & totam, pavidis a civibus urbem
Ambiri, & festo purgantes mænia lustro,
Longa per extremos pomeria tingere fines
Pontifices, sacri qvibus est permissa potestas.

§. 4.

§ 4.

Ex hac, qvam nunc attulimus, Ambarvalium & Amburbiorum descriptione, unicuiqve facile constare arbitramur, qvam arcta inter utraqve, prisca sc. Romanorum Ambarvalia, & memoratas Ecclesiæ Romano-Catholicæ Emolumenti seu Processionis ferias intercedat cognatio. Cæremoniæ enim utrobiqve nonnullæ eædem, nonnullæ vero admodum similes. Eædem Processiones circum arva & agros publicæ & privatæ. Iidem, qvi Processionibus præerant, nempe sacerdotes & patresfamilias. Certæ precum formulæ utrobiqve ad hibitæ. Idem deniqve sacrorum & cæremoniarum scopus & finis, nimirum publica privataqve felicitas. Qvæ omnia si qvis accuratius excutere & expendere velit, non potest non videre, ferias istas Emolumenti, qvoad præcipuos ritus & cæremonias, nonnullis tantum mutatis, & ad nominis Christiani dignitatem, pro seculi opinione, accommodatis, ad Ambarvalium similitudinem primitus esse institutas, qvod cum in oculos prorsus incurrat, pluribus id adstruere & demonstrare, supervacaneum esse existimamus, de ipsa Feriarum appellatione nonnihil deinceps dicturi.

Cap. VIII.

De Appellatione Vernacula Feriarum Emolumenti.

§. 1.

Ad ipſum feriarum nomen qvod attinet, duplex qvidem illud Noſtratibus in uſu fuiſſe conſtat; Feria enim, qvæ in 25 diem Aprilis incidebat, nunc Gángdagrinn mikli ſeu feria magna Proceſſionis, nunc Gagndagrinn eini ɔ: Feria Emolumenti ſolitaria dici conſvevit. Pariter etiam illæ, qvæ feſtum Adſcendſionis præcedebant, jam Gángdagar ſeu feriæ Proceſſionis, jam Gagndagar ɔ: feriæ Emolumenti, promiſcuè qvidem, ſed tamen freqventius Gagndagar, in legibus antiqvis aliisqve monumentis appellantur.

§ 2

Ad eruendum verum & genuinum ſignificatum nominis Gángdagr & Gángdagar, multa disqviſitione & indagine neqvaqvam opus eſt; â Proceſſionibus enim privatis & publicis, his diebus adhiberi ſolitis, hæc feriarum appellatio haud dubie eſt deducenda, qvod & ipſum vocis etymon

etymon apertè indicat (a), habito forte infimul refpectu ad morem â Concilio Moguntino, ut fupra notavimus, injunctum; nimirum ut omnes per ferias iftas nudis pedibus incederent, nec eqvis uterentur; qvam tamen opinionem, utpote incertam, nemini obtrudere audemus; præfertim cum nobis non conftet, utrum hæc in Islandia confvetudo unqvam invaluerit (b). Interim hic ulterius qværi poffit, qvam potiffimum ob caufam feria Emolumenti folitaria, Gángdagrinn mikli, magna Proceffionis feria, fuerit appellata? Ad hoc ut breviter refpondeamus, non ideo qvod cæteris triduanis feriis fanctior fuerit, aut majoribus proceffionibus & rituum folennitate confpicua, fed primæ inftitutionis refpectu factum id effe exiftimamus; ficuti enim feria hæc ab ipfa Ecclefia Romana, ob caufas fuperius allatas,

(a) Componitur etenim â nomine fubftantivo gángr, qvod *obambulationem* vel *proceffionem* denotat, & dagr *dies*; adeòqve gángdagr vi vocis eft *dies Proceffionis.*

(b) Hanc Conftitutionem Concilii Moguntini ad Islandos qvoqve perveniffe certum eft; regulas enim hic memoratas Statutum de pœnitentiis pro gravioribus delictis agens, pænitentibus fub jejunio Karinæ præfcribit obfervandas; fed utrum etiam inter ferias Emolumenti heic loci fimul fuerint obfervatæ, nihilo minus incertum manet.

tas, Litania major dicta est; ita etiam ob easdem rationes Gángdagrinn mikli, sc. magna Processionis feria, â Nostratibus appellata fuisse videtur (c).

§. 3.

Alterum illud nomen Gagndagr longè majori difficultate laborat, neqve enim in proclivi est, certam ejus & indubitatam reddere rationem, idqve præsertim ob ipsius vocis Gagn æqvivocationem, cum nunc *commodum* seu *emolumentum*, nunc *instrumentum*, nunc *victoriam*, nunc deniqve *oppositionem* denotet (d). Qvamcunqve

(c) *Arnes. Islandske Rettergang* p. 87. 88. Feriam Emolumenti solitariam den Lille ɔ: *minorem*; Triduanas autem ferias den store Gangdag ɔ: *magnam* appellat; illam â Sto Mamerto, has autem â Gregorio Magno, institutas adserens, qvod nos utrumqve minus rectè se habere existimamus; cum evidenti Hist. Lombard. testimonio, â nobis superius allegato & adducto ê diametro repugnet.

(d) Qvod vocula Gagn *emolumentum* vel *commodum* significet, exemplo confirmare non opus est, cum hæc significatio sit adeo trita & usitata, ut neminem possit latere. Gagn, in singulari Num. pro *instrumento* rarius occurrit, & sic positum collectivum plerumqve nomen est. Jus Eccl. antiqv. Cap. XIII. hann skal bidia ser vistar of vardveitslu gagni sinu, ɔ: *sibi ipsi hospitium, suis verò*

cunqve autem harum significationum fundamenti loco posueris, sua non carebit probabilitate. Communissima, hodièqve usu recepta significatio vocis gagn, est *emolumentum & commodum*, unde etiam feriarum illarum appellationem aptissimè deduci posse, nonnulli arbitrantur. Nec horum improbabilis est conjectura; cum enim in ejusmodi processionibus & cæremoniis, plurimum

verò impedimentis custodiam expetat. Sic gøgn Gudi helaud ɔ: *utensilia Deo consecrata*, ut habet Statutum Eylifi Archiepisc. Nidrosiensis. Instrumenta etiam domestica sive supellex Búsgagn hodie dici consvescunt. Deniqve hæc vox in singulari numero, nec tamen collectivè, occurrit in Oda Glælings-Qvida, qvam Thorarinus Loftunga in honorem Sveni Norvegiæ Regis composuit, laudibus Olai Sti. interspersam; ubi inter alia: Þar' kemr hver, er heilagr er, Kóngr siálfr, krýpr at gagni; ɔ: *istuc qvilibet venit, ubi est ipse sanctus Rex, in genua ante scrinium ipsius procumbens.* Hic pöeta scrinium defuncti Regis reliqvias continens ob insignem suam utilitatem per Exochen qvandam Gagn appellat. Gagn pro *victoria* rarissimum est, & jam usu antiqvatum Hujus exemplum suppeditat Sverris-saga, in colloqvio inter ipsum & Magnum Erlingi, hafi sá Gagn er Gud vill; id est: *Penes eum, qvem Deo placet, victoria sit.* Rem *ex adverso positam* sæpius significat hæc vocula, ut in vocibus, gagngialld, *opposita retributio*, gagnsøk, *contraria causa*, & hine qvoqve Gagnheidi, nomen proprium tesqvorum in tractu Islandiæ occidentali.

ſpei reponeret, non modo rudis & imperita plebecula, ſed & ipſa clericorum pariter excæcata turba, ex tot tantisqve, qvæ ſibi ſuisqve omnibus inde pollicebantur, emolumentis, ferias ipſas eos denominaſſe, crederes non immeritò, atqve inſimul ad emolumenta reſurrectionis & adſcenſionis Chriſti reſpexiſſe, præſertim cum feriæ iſtæ in ea inciderent anni tempora, qvibus iſta in Eccleſia tractabantur (e).

§. 4.

Porro ſi vocem Islandicam gagn pro *inſtrumento* vel *utenſili* ſumamus, feriasqve inde nomen ſortitas eſſe ſtatuamus, qvod res in Proceſſionibus adhibitæ, v. g. aqva conſecrata, cruces, ignis, Lychnuchus Elevationis, plurimum emolumenti & utilitatis adferre crederentur, nihil profecto abſurdi talis habet conjectura, & cum priore fere coincidit. Sive enim ad commoda & utilitates ipſarum proceſſionum & rituum, ſive rerum ſacrarum inter Proceſſiones uſurpatarum, ſive tandem ad utraqve, majores noſtri hac feriarum denominatione reſpexerint, eòdem profecto recidere videtur. Si porro vocabulum Gagn pro *victo-*

(e) Novem Emolumenta Adſcenſionis Chriſti enumerant Papicolæ, teſte Hiſt. Lombard.

victoria accipiatur, indeqve Gagndagar, qvasi *feriæ triumphales* dictæ statuantur, fidei non erit absonum; ea enim tum denominationis ratio reddi posset, qvod ob dupplicem triumphum Christi, nempe circa hæc tempora resurgentis, & adscendentis, & qvem Ecclesiam, per religiosam istam processionum & rituum observationem, ab hostibus omnibusqve malis reportare putabant, feriis nomen indiderint.

§. 5.

Innuimus supra voculam Gagn *rem contrariam* vel *ex adverso positam* subinde denotare, qvod & nonnullis comprobavimus exemplis, sed hic unum addere libet. Jejunia ante festa incidentia, Gagnføstur veteres appellarunt, ut inter alia ex statutis qvibusdam Episcoporum manifestum est (f). Hinc ea fieri posset conjectura, qvod

sicut

(f) Talium jejuniorum in Statuto de Pænitentia 14 annorum, itemqve Constitutione qvadam, qvæ Jörundo, Laurentio & Egillo Holensibus Episcopis adscribitur, crebra occurrit mentio. Fuere autem, ut nostra fert opinio, Jejunia hæc particularia & extraordinaria, ob adulteria, homicidia & incestus, inter pænitentias compe-tentes irrogata; in Jure enim Ecclesiastico cum ordinariis Jejuniis non recensentur, sed in hujusmodi duntaxat Statutis, inter condignas pec-cato-

sicut prædicta jejunia Gagnføstur, ita etiam Gagnðagar, qvasi feriæ antè festa incidentes, fuerint appel-

catorum pænas numerantur. Interim tamen ad certa anni tempora restricta fuisse videntur, ut ex memoratis Constitutionibus facile colligitur; cum Jejunio enim Qvadragesimali & Adventus, sæpius ea adnumerant, unde sicut illa ante Paschatos & Natilitiorum festa perpetuo incidebant, ita etiam hæc certa qvædam festa præcessisse videntur, tribus, nisi nos fallat opinio, qvotannis vicibus, durante peccati pæna, observanda; & qvidem sub festum Joh. Baptistæ, Michaelis & Andreæ; id qvod seqventia Statuti, â nobis nuperrime allegati, verba innuunt adstruuntqve: Halldi Gagnføstur VII nætur, móti Jóns meßu Baptistæ, Michaelis-meßu og Andres-meßu; id est: *Jejunia ante festum Johannis Baptistæ, Michaëlis & Andreæ, per septem noctes observanto.* Ex hoc loco discimus primo etymon ipsius vocis Gagnføstur, qvod sc. hæc Jejunia ideo sic fuerint appellata qvod ex adverso festorum inciderint, cum nobis alias placuisset horum denominationem, ab emolumento, seu salutari effectu deducere, ita ut Gagnfasta Jejuninm salutare denotaverit; Secundo, horum Jejuniorum numerum qvod nimirum tria fuerint; Tertio, eorundem tempus, qvod sub festum Joh. Baptistæ, Michaëlis & Andreæ, perpetuo inciderint. Qvod autem hæc Jejunia tria præcise fuerint, & ad prædicta cumprimis festa alligata, exinde profluxisse videtur, qvod, qvemadmodum pro gravissimis delictis tres Carenæ consveverunt irrogari, & qvidem ante vel circa hæc ipsa festa; ita & Jejunia ista, qvantum ad numerum & tempus, his Carenis respon-

appellatæ. Sed obſtare huic ſententiæ videtur, qvod feria Emolumenti ſolitaria feſtum Paſcha-

ſpondere debuerint. Fuit autem Carena ſingulare qvoddam Diſciplinæ Eccleſiaſticæ genus, cum jejunio per 40 dies rigidiſſimo conjunctum, qvo durante, Gagnſøſtur locum habere non potuerunt, ſed exantlatis Carenis, in aliqvot ſubſeqventes annos, in earum qvaſi memoriam, injuncta fuiſſe videntur. Porro Jejunia hæc duplicis generis eſſe conſtat, *majora* nempe & *minora* (meiri og minni), qvod non tantum de jejunii hujus duratione, ſed & rigore intelligendum eſſe videtur; Longiora ad 14 dies vel noctes continuanda, breviora ad ſeptem, de qvo ſic ſtatuta Epiſcoporum vernaculâ: halldi Gagnføſtur XIII nætur, VII nætur; ɔ: *Obſervato jejunium 14 noctium, 7 noctium.* Rigidiora jejunia in Statutis ita deſcribuntur: hafi einmællt og þurt, mánadaga ok midvikodaga, ok vatni føſtunætur; id eſt: *Diebus Lunæ & Mercurii ſemel ſicco cibo veſcatur, noctes vero ante dies Veneris in aqva jejunet.* Vel etiam ſic: hafi einmællt hvítann mat á mánadag, en þurrann mat á midvikudaga, vatnfaſti á føſtudagg; hoc eſt: *Diebus Lunæ ſemel cibo lacteo, diebus Mercurii eduliis ſiccis veſcatur, diebus verò Veneris jejunio aqvæ indulgeat.* Vel tandem ſic, qvod & minimum in his jejuniis rigoris gradum fuiſſe exiſtimamus: hafi einmællt á mánadaga ok midvikodaga og þurrann mat á føſtudaga; id eſt: *Diebus Lunæ & Mercurii altera tantum prandendi vice cibum capiat; diebus autem Veneris ſiccis eduliis veſcatur.* De mitioribus autem id genus jejuniis ita loqvuntur: hafi einmællt hvítann mat á mánadaga og midvikodaga; hoc eſt: *Diebus Lunæ & Mer-*

tos nunqvam præcesserit (g); unde cum ea, licet in primam frontem satis speciosa, divortium facere

& *Mercurii semel tantum lacticiniis vescatur;* aut etiam qvod adhuc mirius est: hafi einmællt á midvikodaga; ɔ: *Diebus Mercurii semel tantum cibum capiat.* Cum autem hæc omnia partim ab arbitrio Episcopi, partim verò â judicio & potestate confessionarii penderent, summa exinde orta varietas, de discrimine rigoris inter hæc jejunia, nihil certi concludere permittit. Cæterum huic nostræ de jejuniis, ad instantes festos dies sententiæ, objici posset locus ille in libro Ecclesiastico Legum Gulensium tit. 20 a Doctiss. Olavio in Syntagmate de Baptismo Cap. IX. p. 120 allegatus: Barn hvert er borit verdr eptir nótt hina helgo, þá skal þat hafa vera fyri Gaanføstu; ɔ: *Infans qvilibet post noctem Sanctam* (Natalitiorum) *in lucem editus, ante jejunium Qvadragesimale elevetur* (baptizetur). Sed hic observari volumus, nomen Gagnfasta, jejunio qvadragesimali non propriè tribui, qvod velle videtur Olavius, sed eo tantum respectu ita vocari, qvod sicuti jejunia gagnføstur, proprie dicta, ante certa qvædam festa incidebant, ita etiam jejunium qvadragesimale festum Paschatos semper præcederet, unde & passim alibi tanqvam ab his diversum memoratur.

(g) Confirmat hoc Author Blandæ Cap. IV. þat verdr fiórum sinnum í Páska-aulld, er hinn sídazti er føstuaángr til loks, svo at gagndagr verdr þá Páskadag hinn fyrsta; id est: *Postremus ad ultimum jejunii qvadragesimalis ingressus in cyclo Pascali* (qvi 532 constat annis) *qvater evenit, ita ut feria Emolumenti in primam Paschatos feriam tum incidat.* Discimus hinc novissimum terminum Paschæ,

facere neceſſe habemus, etſi qvoad ferias Emolumenti triduanas, qvæ feſtum Adſcenſionis & Pentecoſtes ſemper antecedebant, conſiſtere poſſit.

§. 6.

Unum adhuc reſtat, qvod & nonnullis placet, nimirum literarum transpoſitionem, hic tantum locum habere, & Gagndagar pro Gángdagar per Metatheſin ita dictos fuiſſe (h); qvam conjecturam tanqvam facillimam, & ſponte fluentem, modò ſimili qvodam exemplo confirmari poſſet, lubenter amplecteremur. Sed cum nihil tale nobis jam occurrat, noſtram eam facere nolumus, præſertim cum nomen Gángdagar rarius, Gagndagar autem freqventius Noſtratibus uſurpatum fuiſſe deprehendamus. Interim tamen faciles damus, ferias iſtas apud reliqvos ſeptentrionis populos, ut Svecos, Danos & Anglos Gángdagar

Paſchæ, juxta antiqvum illum computum fuiſſe diem Aprilis 25, qvo poſito, Feriam Emolumenti ſolitariam, qvæ perpetuò incidebat in eundem diem, feſtum Paſchatos nunqvam præcedere potuiſſe. Huic etiam adſtipulatur Mag. Theod. Thorlacius Epiſc. Schal. in Calendario impreſſo p. 47 eundem Aprilis diem pro ultimo termino Paſchali agnoscens.

(h) Hoc ſibi velle videtur Doctiſſ. Olav. in Vocab. ad Syntag. de Baptismo.

dagar communiter esse vocatas (i). Unde concludi posse videtur, qvod alterum illud nomen Gagndagar Islandis solum, & forte etiam Norvegis, in usu fuerit, licet, qvid huic denominationi ansam dederit, nihilominus maneat incertum. Cum igitur hæc omnia in conjecturis posita sint, liberum cuiqve erit de re tantilli momenti pro arbitrio sentire. Nos interim in ea sumus opinione, qvod Gagndagar â voce Gagn, *emolumentum*, fuerint denominatæ, cum hæc derivandi ratio ad superstitionis Papisticæ genium de de feriis istis, nescio qvid boni sibi spondentem, proximè accedere videatur.

Cap. IX.

De Conventu forensi, vulgó Gagndaga-þíng.

§. 1.

Præter religiosas processiones & ritus, qvos superius Cap. IV. descripsimus, conventus etiam forenses, Gagndaga-þíng communiter dictos, inter

(i) Hinc Anglor: the gangweek. Svecor: gangdaga veckan. Vide Serenii English and Svedish Dictionary, in voce Gang.

ter memoratas ferias in Norvegia olim habitos fuiſſe ex libro Regum Norvegiæ discimus, cum plus ſimplici vice talium ibidem mentio occurrat(a); qvod & ipſum conventus nomen â feriis

 hisce

(a) Primo qvidem in vita Sigurdi Slembidiaconi: Sigurdr fór þá ſudr á Hørdaland, og kom í Herdlu, þar átti bú Einar ſon Laxa Páls, og var hann kominn í Hamarsfiørd til Gagndagaþings; id eſt: *Sigurdus deinde, directo in Hordiam auſtrum verſus itinere, Herdlam pervenit. Hic Einar Laxa-Pauli filius habitavit, qvi id temporis in Hamarsfiördum, ad conventum inter ferias emolumenti habitum, domo profectus fuerat.* Deinde in vita Regis Eyſteini, ubi ſeqventia leguntur: Eyſteinn ſon Harallds Gilla var til Kóngs tekinn á Eyraþingi í Gagndøgum; hoc eſt: *Eyſtinus Haralldi Gilli filius in conventu Eyrenſi feriis emolumenti Rex declaratus eſt.* Deniqve etiam in vita Regis Magni Erlingi filii, ubi ſic: Erlíngr lýſti því yfir, at hann mundi fara ſudr í Barheim til Gangdaga-þings; id eſt: *Erlingus palam declaravit, ſe in Barheimum auſtrum verſus ad conventum, feriis Proceſſionis celebrandum, eſſe profecturum* (pro Barheimo Thorfæus Unnaheimum habet, qvod procul dubio rectius). Allegata autem loca apertè indicant, conventus forenſes inter ferias Emolumenti apud Norvegos fuiſſe celebratos, illas nimirum, qvæ Adſcenſionem Domini antecedebant, non autem feria Proceſſionis ſolitaria, qvod & ulterius docet prædictus Regum Norvegiæ liber, de itinere Erlingi hunc in modum verba faciens: Þridia daginn í Gagndøgum lét Erlíngr bláſa lidi ſínu til ſkipa; id eſt: *Feria tertia dierum Emolumenti exercitum ſuum, dato buccina ſigno, Erlingus ad naves convocari curabat.*

hisce appellationem trahens, aperte ſatis indicat. Utrum autem hæc conſvetudo ad ſolam Norvegiam ſit reſtringenda, an verò etiam alibi terrarum, itemqve in hac noſtra Islandia obtinuerit, certo definire nobis non eſt in proclivi; cum nullam hujus rei, in antiqvis Noſtratium monumentis, aut volam aut veſtigium hactenus nobis conſpicere licuerit. Nec magis conſtat, qvo ſcopo & fine tales celebrati fuerint conventus, aut qvæ potiſſimum res in iis tractatæ; ut autem de his omnibus mentem noſtram per conjecturas ſaltem aperiamus, ſeqventia afferre non pigebit.

§. 2.

Qvod ipſi Norvegiæ incolæ, & qvidem nullo exemplo, conventus iſtos forenſes inſtituerint, nobis non ſit veroſimile; unde morem aliis qvibusdam nationibus uſu receptum præ oculis eos hic habuiſſe exiſtimamus; ita enim plerumqve fieri ſolet; niſi ſtatuere malimus conventus illos, ipſis feriis Emolumenti fuiſſe antiqviores, perpetuoqve in eosdem ante Adſcenſionem dies incidiſſe, atqve ſic, poſt feriarum Emolumenti introductionem, nihilo minus retentos, nomen ab illis traxiſſe, qvod tamen tanqvam verum & indubitatum nemini poteſt obtrudi. Scopus autem

tem & ratio talium conventuum, ſiqvid conjicere liceat, publicæ felicitatis, præſertimqve ſtatus Oeconomici, promotio & incrementum fuiſſe videtur. Neqve enim â vero abhorret, eos crediditſſe, ſusceptam adeo oportuno tempore deliberationem ad communem utilitatem plurimum conferre (b). Ex his autem inſuper adparet, nec Nor-

(b) Qvosdam dies auſpicatos, alios contra inauſpicatos, ad morem & exemplum complurium gentium, etiam crediditſſe Islandos aliosqve Septentrionales, â vero non abludit; qvod & nomina **tímadagr** & **ótímadagr**, ɔ: *Dies auſpicatus & inauſpicatus*, qvæ hodiedum ſuperſunt, indigitare videntur; pro cujus ſuperſtitionis reliqviis, haberi meretur intempeſtiva illa inter ruſticos noſtros cautela, ut nemo illorum, qvi loca maritima piscandi gratia freqventant, die Lunæ, utpote mali ominis, iter occipiat: Huc pertinere videtur dictum Harioli cujusdam, ad Enarem Klingum, Havardo avunculo ſuo Orcadenſium comiti, ſceleratas manus inferre meditantem: **Giør þat ecki í dag, helldr á morgun, ella mun lengi ættvíg vera á ætt ydvari**; id eſt: *Vide ne hodie feceris, ſed cras, alioqvin enim mutua parricidia in familia veſtra diutius durabunt.* Nec ſua divinantem fefellit opinio, eventu vaticinium comprobante. Vid. Ol. Saga Tryggvaſ. Part. I. p. 221. Exſtirpata gentili ſuperſtitione dies ſacros pro auſpicatis præſertim habitos fuiſſe, ex colloqvio Regis Olai Tryggvini cum Kiartane Olai Islando diſcimus, ubi inter cætera tritum inter Chriſtianos proverbium: **at hátídir eru til heilla beztar** ɔ: *Feſtum qvemqve diem*

Norvegos ferias istas Emolumenti pro sanctis prorsus & festis diebus habuisse; Cæteroqvin enim hac conventuum forensium celebratione sanctitatem illarum violare, religioni sibi procul dubio duxissent. Durasse autem hi in Norvegia conventus videntur usqve ad tempora Archipræsulis Jonæ, qvi ut propriæ auctoritatis dilatandæ, pecuniæqve qvovismodo corradendæ erat studiosissimus, ita qvoqve prædictas Emolumenti ferias, cum aliis compluribus, publico legis Ecclesiasticæ edicto, in nefastorum dierùm censum retulit, conventusqve istos forenses, eò usqve agi solitos, hoc pacto in totum abrogavit, in turbida, si fors ita ferret, aqvâ piscaturus (c).

§. 3.

em auspicatissimum esse, memorat Rex. Ol. S. Part. 2. p. 98 Qvam etiam mentem Papicolas hic habuisse, facile nobis persvademus.

(c) Hoc jus Ecclesiasticum Archiepiscopus Jonas Ann. 1280 Norvegis obtrusit; cujus 38 Cap. de feriarum Emolumenti aliorumqve temporum exemtione â jure dicundo agit. Ipsam antem hanc sententiam, cum ad literam prorsus coincidat cum illa, qvam supra Cap. IV. ex lege Ecclesiastica Episcopi Arnæ allegavimus, hic denuo adscribere, supervacaneum arbitramur; qvod ut & alia, utriqve legi communia, evidenti argumento sunt, vel ipsos legum istarum conditores capita contulisse, vel ex iisdem fontibus nonnulla saltem hausisse. Hoc jus Ecclesiasticum

§. 3.

Utrum verò hujusmodi conventus apud Islandos, etiam hoc temporis tractu, in morem venerint, cum altum de iis in veterum monumentis ubiqve sit silentium, jure ambigitur. Habuere qvidem Nostrates, stante ad huc republica, complures & ad certa anni tempora restrictos conventus, qvorum nonnulli, qvod in vernales perpetuo horas inciderent, Vorþing ɔ: *conventus verni* dicebantur. Hi ex præscripto legis antiqvæ Grágás, nunqvam prius qvam qvarta æstatis hebdomade exacta, nec unqvam serius, qvam ut causæ omnes ibidem tractandæ, ante excursum sextæ æstivæ hebdomadis dirimi possent atqve disceptari, agi solebant. Cum verò feriæ Emolumen-

cum Archiepiscopi Jonæ in lingvam Danicam translotum invenitur in Pauses Samling af gamle Norske Love. 2den Deel. p. 140. Vid. *Arnes. Isl. Retterg.* p. 86. Inter hunc & Regem Magnum Legum Reformatorem vulgò dictum longa contentionis serra reciprocata est, Archiepiscopo omnia Ecclesiæ jura sibi arrogante. Nec sopiri prius potuit hæc lis, qvam ad indignas suo fastigio & iniqvas planè conditiones descendere coactus optimus atqve mansvetissimus Rex juri suo palam renuntiaret; qva de re legi meretur famosa illa, inter ipsum & Archiepiscopum Tunsbergæ Ao. 1277 facta transactio, Archiepiscopi ambitionis & avaritiæ certissima testis.

lumenti in alterutram harum hebdomadum, qvintam sc. aut sextam, non raro id temporis etiam inciderint, manifestum qvoqve est, conventus forenses Vorþing, qvi ad minimum per qvatriduum, ad summum verò integram hebdomadem durare debebant, vel circa vel in ipsas emolumenti ferias facile incidere potuisse (d). Qvo & respexisse videtur Arnas Thorlaci Episcopus Schalholtensis, septimanam feriarum Emolumenti, ut & alia nonnulla tempora, jurisdictioni penitus eximens. Qva de re superius egimus Cap. II. (e). Neqvaqvam

(d) De Conventibus Islandorum Vernalibus vorþing, eorumqve præstitutis terminis vid. Grágás þingskapaþ. & *Arnes. Isl. Retterg.* p. 314. Cæterum feriæ Emolumenti, toties in qvintam aut sextam septimanam æstatis id temporis incidebant, qvoties feria 1 Paschatos, vel in ultimam diem dominicam hyemis, vel primam æstatis; Id autem per decursum cujusqve Cycli lunaris, novies ordinariè accidebat, nisi aut annus bissextilis, aut Embolymæus (Islandorum Sumarauka-ár) incideret. Annus Embolymæus alias vocatur, qvi 13 habet lunas, nempe unam præter solitum adjiciens, nobis aukatúngl dictam; hic autem ob analogiam Embolymæum vocamus annum, qvi septimanam intercalarem ad æstatem adjicit, qvæ tum 27 hebdomadibus constat, alias vero communiter 26.

(e) *Arnes. Isl. Retterg.* p. 400, statuit conventus Islandorum vorþing, post mutatam regiminis formam abrogatos fuisse, circa qvæ tempora Arnas

qvam tamen hinc feqvitur, conventus iftos forenfes in Islandia, aut ad ferias Emolumenti unqvam fuiffe alligatos, aut ab iis appellationem traxiffe, qvod nec noftra eft fententia. In ufu autem apud Noftrates fuiffe, usqve ad Reformationis tempora, has Emolumenti feu Proceffionis ferias, nullum nobis eft dubium, de qvibus cum plura inpræfentiarum fcribere non habeamus, hic manum de tabula.

Arnas Episcopus florebat. Cæterum de Feriis Emolumenti ex Noftratibus fcripfere *Gudm. Andr.* in Lex Isl. p. 81, 82. Perilluftr. *Erichfen* in Notis ad *Arnef. Isl. Retterg.* p. 82, 88. Et tandem Summ. Venerab. Epifc. *F. Joh.* Hift. Eccl. Tom. I. p. 152, & Tom. II. p. 360-61.



